surget ex multis virtutib⁹ in aia ¶ Et addit
iste doctor ꝙ gratia nō est nisi quedā extrin/
seca denominatio ab actu acceptātis. funda/
mentū aūt denominatōis sunt virtutes ⁊ do
na ¶ Iste doctor assumit multa dubia. que
causa breuitatis tangā in soluēdo. ¶ Ad pri
Cōtra au/ mū ergo dicēdū ꝙ causalitas gre respectu vir
reolū. tutū est aliquo modo de genere cause efficien
Solutio. tis. qz vt superi⁹ dixi dispositio q̄ est ratio reci
Ad.1. piendi aliq̄d. ⁊ nō ratio receptiua. reducit ad
causam efficientē respectu illi⁹. sed de⁹ per gra
tiā quā infundit essentie anime taliter eā qua
lificat ⁊ disponit ꝙ potētie naturaliter funda/
te i essentia anime actualiter erūt capaces vir
tutū ⁊ de facto recipiūt eas. sic tamē ꝙ gratia
nō est ratio receptiua virtutū. cū nō sit subie/
ctum eaꝝ. ergo solū erit ratio recipiēdi. ⁊ p cō
sequēs aliquo modo gra est causa efficiēs re/
spectu ipsaꝝ virtutū quas de⁹ infundit poten
tijs mediante gra pinfusa ipi essentie. ¶ Ad
ambas pbationes dicendū ꝙ bene cōcludūt
nihil aliud a deo esse causaꝝ efficientē princi/
paliter pductiuā ipsaꝝ virtutū. loquendo de
virtutib⁹ infusis. tamē nō pbant quin dispo
sitiue aliud possit esse causa etiā in genere cau
Instantia se efficientis respectu talū virtutū ¶ Forte di
cetur cū gratia sit in essentia anime. nō videt
esse dispositio ad virtutē q̄ est in potentia ani
me. qz forma q̄ est in vno subiecto non dispo
nit ad formā que est in alio subiecto. qz soluz
Solutio qualificat subiectū in quo est. ¶ Respō deo
ꝙ quādo duo subiecta sic se habēt ꝙ vnū na
turaliter fundat in altero. tūc nihil repugnat
quin illud q̄d formaliter est dispositio fundā
tis possit redundanter ⁊ p ꝓsequens q̄dāmo/
do efficiēter facere ad dispositionem fundati.
Bona em dispositio oculi formaliter existēs ī
oculo. redundāter facit ad bonitatē virtut⁹ vi
siue que fundat in oculo. ppter q̄d ait aristo.
ij. de aia. si senex haberet oculū iuuenis vide/
ret vtiez sicut iuuenis. Unde si de⁹ tales dispō
sitiones quales sunt in pupilla aquile pone/
ret in pupilla vespertilionis. tūc vespertilio vi
deret sicut aquila. Cū ergo potētie anime na/
turaliter fundent in essentia anime. sequit ꝙ
gratia perficiēs essentiā aīe dando sibi esse su/
pernaturale p sui redundantiā aliquā dispo/
sitiuā efficaciā habeat respectu virtutū p quas
ipis potentijs cōpetit supnaturaliter operari.
¶ Ad secundū nego minorē. Oppositū em Ad.2.
eius pbaui libro secūdo. dist. xxvi. Ad pbati
onē dico ꝙ gratia perficiēs essentiā aīe subie/
ctiue p tanto dicit gratia. qz formaliter dat es
se gratū. ⁊ hoc nō ꝓuenit alicui virtuti. qz for
malis effect⁹ virtutis nō est esse gratū. sed est
esse virtuosuz. Uū si virtutib⁹ dicimur grati
deo. hoc habēt originaliter ipe virtutes a gra
tia. que primo dat esse gratū ipi essentie. ⁊ per
ꝓsequēs omib⁹ que fundant in essentia. siue
imediate sicut potētie. siue mediate sicut ꝓtu/
tes ⁊ dona. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ pfluxus Ad.3.
virtutū a gra pt dici necessari⁹ fm ordinē quē
credim⁹ a deo institutū. qz de⁹ nulli infundit
gratiā nisi eidē infundat virtutes. ad q̄s di/
sponit gra modo supradicto. ¶ Ad pbationez
dicendū ꝙ virginitas ⁊ pauptas nō sunt vir
tutes infuse. nos aūt loquimur de infusis vir
tutib⁹ ¶ Ad q̄rtū nego antecedēs. qz illō q̄d Ad.4.
imediate terminat actionē realē hoc nō pt es/
se relatio. nec p ꝓsequēs similitudo. sz gra im
mediate terminat actionē dei. Maior patet
v. ⁊. vij. phisi. Minorē pbo p dictū augusti
ni. qui vt allegat mgr lib. ij. dist. xxvij. super
illo verbo apli. Bra dei sum id q̄d sum. sic aut
Recte gratiā noīat. primū em solā gratiā dat
de⁹. ⁊ nō nisi gratiā. cū nō pcedunt nisi mala
merita. sz post p gratiā incipiūt bona merita.
Et sequit infra. plane cū data fuerit gratia in
cipiūt esse nostra merita bona p illā. tū qz si il
la defuerit cadit homo. Sz q̄d primo datur a
deo. hoc imediate terminat actionez dei. g. ⁊c.
¶ Ire iste doctor negando gratiā esse quali/ Cōtra au/
tatem ꝓtradicit sibipi. qz in secūda ratōe di/ reolum.
xit virtutes esse formaliter ipam gratiā. cū er/
go virtutes sint qualitates. iuxta illud augu
stini. virtus est bona qualitas mētis. ergo ⁊c.
¶ Ad quintū dicendū ꝙ similitudo nō cur/ Ad.5.
rit per omes pedes. ⁊ specialiter in eo ꝙ iste tra
hit similitudinē ad ppositu est dissimile. qz
vt patuit ex dictis augustini. gratia spiritua/
lis datur primo a deo inter omia que spectant
ad meritoriā actionē vt meritoria ē. Sz gra/
tia corpalis nō dat primo a natura ¶ Et per

hoc patet q̃ iste falsum assumit cũ ait q̃ gratia nõ sit nisi quedã extrinseca denominatio. qz sicut in mẽ glorie in patria nõ denominat animã extrinsece sed formaliter ⁊ intrinsece. sic nec lumẽ gratie denominabit extrinsece ipsam animã in statu vie. sz denominabit eã formaliter ⁊ intrinsece. ¶ Quarto est q̃dam opinio ꝓtra primã ꝓclusionẽ que ponit q̃ i eodẽ hoie sint plures gratie gratũ faciẽtes. Quia quicũq̃z homo d̃uote ⁊ nõ ficte accedit ad baptismũ pr̃ habet gratiã q̃z baptizat. aut ergo in baptismo nullã recipit gratiaz. aut recipit eandẽ quã p̃mo habuit. aut recipit aliã. Sz prima duo dari nõ possunt. ergo dabit̃ terciũ ⁊ p ꝓsequens simul habebit plures grãs gratum faciẽtes. ¶ Dicendũ q̃ nec recipit eandẽ gratiã nec aliã. sed recipit augmentũ eiusdez gratie. sicut ꝓtingit in ceteris formis recipiẽtibꝫ intensionẽ. iuxta ea q̃ dixi libro p̃mo dis. xvij. ¶ Et dato q̃ gratia illi⁹ homis post baptismũ nõ recipet magis intẽsiue. tamẽ recipet magis extẽsiue. qz extẽderet se ad effect⁹ sacramẽtales ad quos se pr̃ nõ extẽdebat. naz ante baptismũ talis gra solũ extẽdebat se ad virtutes ⁊ effect⁹ virtutũ.

Opinio 3 primã conclusionem

Solutio.

Quantũ ad terciuz

Articulus tercius.

articulũ dicendũ q̃ baptism⁹ iohãnis potest dici sacramentũ. Quia illud cui⁹ tot⁹ vsus ⁊ institutio ꝓsistit in hoc q̃ est sacre rei signũ. illud est sacramentũ. sed tot⁹ vsus ⁊ institutio baptismi iohãnis fuit ad significandum baptismũ christi. ⁊ p̃parandũ populũ ad ipz recipiendũ. ergo ⁊c. ¶ Forte dicet q̃ omẽ sacramentũ aut est legz nature. aut moysi. aut euãgelij. Sz baptism⁹ iohãnis nõ est de lege nature. vt de se patet. nec de lege moysi. qz vt patet Matth̃. xi. lex terminata fuit vsqz ad Johannẽ. nec de lege euãgelica. qz p̃uenit p̃dicationem xpi. ¶ Dicendũ q̃ baptism⁹ iohãnis q̃uis quo ad temp⁹ mediauerit inter sacramẽta veteris ⁊ noue legis. tamẽ reducit̃ ad sacramẽta noue legis. sicut p̃paratoriũ reducit̃ ad gen⁹ illi⁹ ad qd̃ disponit ⁊ p̃parat.

Instantia

Solutio.

Quãtuz ad quartũ

Articulus quartus.

articulũ dicendũ q̃ quãuiscũq̃z aliquis esset baptizat⁹ baptismo iohãnis. tamẽ adhuc debuit baptizari baptismo xpi. Qz baptismus
1 xpi fuit de pcepto vniuersali. ergo omẽs tenebant ipm suscipere ¶ P. baptizat⁹ baptismo
2 iohãnis non recipiebat characterẽ. ergo fuit rebaptizand⁹ baptismo xpi. Antecedẽs patz Probat̃ ꝓsequẽtia. quia ipe character baptismalis est primũ fundamẽtũ omniũ sacramẽtaliũ effectuũ. ergo null⁹ potest rite suscipere aliqd̃ sacramentũ. nisi pr̃ baptizatus sit baptismo xpi. in quo ꝓferẽt character sacramẽtalis. ¶ P. ista cõclusio patet autoritate augusti. qui sup iohannẽ sic ait. Baptizauit iudas ⁊ est baptizatũ. baptizauit iohãnes ⁊ nõ est baptizatuz. ¶ Forte dicet q̃ aplꝰ nihil de his omisserũt que spectãt ad salutẽ. sz ipi post baptismũ iohãnis nõ videnẽ baptizati fuisse nisi in spiritusancto. iuxta qd̃ ait xps ipis discipulis Act. i. Johãnes quidem baptizauit aqua. vos vero baptizabimini spũsancto nõ post multos hos dies ¶ Dicendũ q̃ sicut dicit glosa Joh̃. xiij. sup illud. q̃ lot⁹ est nõ indiget ⁊c. aplos esse baptizatos baptismo xpi credendũ est. quãuis hoc nõ legat̃. Nec oppositũ isti⁹ habet̃ p autoritatẽ adductã i argumẽto. qz solũ intendit ibi christus baptismũ flaminis cõparare denes excellentiã ad baptismũ iohãnis ¶ Ad argumentũ principale dicendũ q̃ quãuis baptism⁹ iohãnis nõ fuerit perfectioz circũcisione in essendo ⁊ causando gratiã. fuit tm̃ pfectioz in significãdo ⁊ disponendo ad baptismũ xpi vt patet ex p̃dictis.

3

Instantia

Solutio.

Ad principale argu.

¶ Distinctio tercia.

Post hec vidẽ

dũ est. Postq̃z magister p̃misit quedã p̃ambula valentia ad tractatũ de sacramentis noue legis. in ista parte incipit tractare de eis. ⁊ diuidit̃ iste tractatus in septẽ partes fm q̃ noue legis septẽ sunt sacramẽta. Primo em determinat de baptismo Secũdo de ꝓfirmatõe. dist. viij. ibi. Nunc de sacramẽto ꝓfirmatõis. Tercio de eucharistia dist. viij. ibi. Post sacramentũ. Quarto d̃ penitentia. dist. xiiij. ibi. Post hec de penitẽtia Quito de extrema vnctõe. dist. xxiij. ibi. Preter p̃missa. Sexto de sacramẽto ordinis. dist. xxiiij. ibi. Nũc ad ꝓsiderationẽ. Septimo d̃ matrimonio. dist. xxvi. ibi. Cũ alia sacramenta. Prima diuidit̃ in duas ptes. Nã primo magister determinat de baptismo fm se. Secundo d̃ eius vsu seu frequentatõne. dist. vi. ibi. Nunc quib̃ liceat. Prima in tres. Naz primo ostendit quid sit baptism⁹. ⁊ determinat quasdã ꝓditiones ad ipm necessario ptinẽtes. Secũdo determinat de baptismo q̃tũ

ad baptismũ suscipiẽtes. dist. iiij. ibi. Hic dicendũ est. Tercio quantũ ad baptismũ cõferentes. dist. v. ibi. Post hoc sciendũ. Prima pars est ꝑsentis lectionis. Et diuidit in duas. Nã primo ostẽdit quid sit baptism⁹ ⁊ ex quibus integrat. ¶ Secũdo ostẽdit quo tẽpore baptism⁹ fuerit institut⁹. ⁊ in qua materia instituebat. ibi. De institutõne. Prima in tres. Quia ꝓmo ponit baptismi ꝛescriptões. Secundo ꝛescriptõnis explanatõnes. Et tercio circa ꝑdicta mouet ⁊ ꝛeterminat vnã incidẽtem questionẽ. Secũda ibi. Sz qd̃ est illud verbũ. Tercia ibi. Hic querit. ¶ Tũc sequit illa pars. De institutõe baptismi. Et diuidit in tres. Nã primo ꝛeterminat ꝛe baptismi institutõne. Secũdo ꝛe circũcisionis cessatõe. Tercio ꝛe ꝑdicte institutõis causa ⁊ ratõne. Secunda ibi. Solet q̃ri. Tercia ibi. Causa vero. ¶ Hic quero.

Vtrum vocalis verborũ exp̃ssio sit ꝛe necessitate baptismi. ¶ Et videt q̃ nõ. Quia illud qd̃ nõ erat in baptismo quo christ⁹ baptizabat. hoc nõ videt esse ꝛe necessitate nostri baptismi. sz Luc. iij. xp̃s legit baptizat⁹. ⁊ in eius baptismo nulla legitur fuisse verborũ exp̃ssio. ergo ꝛc. Maior patet. quia cũ omis christi actõ nostra sit instructio. videt q̃ illud qd̃ in christi baptismo ñ extitit hoc nec in nostro necessariũ sit. ¶ Cõtra illud est ꝛe necessitate baptismi sine q̃ forma baptizãdi a christo tradita nõ potest obseruari. sed sine vocali verborũ exp̃ssione forma tradita a christo nõ ꝓt obseruari. ergo ꝛc. Maior patet. Probat minor. quia christ⁹ ꝓcepit discipulis baptizare in nomĩe patris et filij ⁊ spiritussancti. vt patet Matth. vlti. ¶ Hic quattuor sunt videda. ¶ Primo videndũ ẽ quid sit baptism⁹. ¶ Secũdo q̃ forma verborum requirat in baptismo. ⁊ per idem patebit ad illud qd̃ hic principaliter queritur. ¶ Tercio videndũ est vtrũ quelibet mutatõ facta circa verba in baptismo req̃lita impediat sacr̃m. ¶ Et q̃rto ꝛe materia baptismi.

Articulus primus.

Quantũ ad primũ

respondet mgr̃ hic in littera dicẽs. Baptism⁹ est ablutio corpis exterior. facta sb̃ forma verbor ꝑscripta. ¶ Sz ab ista ꝛescriptõne videt dissentire hugo ꝛe sancto victore. qui baptismũ nõ dicit esse ablutionẽ sed aquã. sic dicẽs

Hugo de sancto victore.

1 Baptism⁹ est aqua abluendis criminibꝫ sanctificata. ¶ P. arguit cõtra magistr̃. sic. Quãcunq̃z aliqua sic se habẽt q̃ vnũ manet altero nõ manẽte. tunc vnũ nõ potest in recto ꝯ altero ꝑdicari. sz baptism⁹ manet ⁊ ablutio ñ manet. Maior patet. Probat minor. qz q̃ ablutio trãseat. hoc ꝛe se patet. sz q̃ baptism⁹ maneat hoc patet ꝑ augustinũ. qui ait. Sacramento semel impposito nunq̃z eo quis carebit.

¶ P. illud cui collata est vis regeneratiua h̃ 3
sacramentũ baptismi ꝛebet appellari. sz aque est hmõi vis collata. qz dicit Beda in gloſa. Luc. iij. q̃ dñs ꝓtactu mũdissime sue carnis vim regeneratiuã cõtulit aquis. ¶ P. illud 4
qd̃ est ꝛe ꝑdicamẽto relatõnis nõ recipit ꝑdicationẽ ei⁹ qd̃ est ꝛe ꝑdicamento actõnis. vel passionis. vel substãtie. ergo baptism⁹ nec ꝛebet dici ablutio. nec aqua. qd̃ est cõtra vtrãq̃z ꝛescriptões. Antecedẽs patet. Probat ꝓsequtia. Nã baptism⁹ cũ sit sacramentũ ⁊ ꝑ cõiequẽs signũ. necessario erit in ꝑdicamẽto relationis. ablutio aũt est ꝛe ꝑdicamẽto actionis vt ꝓcedit ab abluẽte. ⁊ est ꝛe ꝑdicamẽto passionis vt recipit in abluto. aqua ꝓo vt ꝛe se patet est ꝛe ꝑdicamẽto substãtie. ¶ Ad intellectum ergo ꝑdictor̃ est aduertendũ. q̃ licz baptism⁹ formaliter dicat respectũ. sicut vnũq̃d̃ q̃z alior̃ sacramentor̃. put ꝛeclaraui superius dist. i. q. ij. tamẽ includit essentialiter res corporales sup quibꝫ ĩmediate fundat hmõi respect⁹. tales aũt partes fundamẽtales licz oẽs sint ꝓtes materiales cõparate ad ꝑdictũ respectũ. tamẽ ad invicẽ cõparate vna dicit materialis respectu alteri⁹. ꝓm q̃ est ꝓior ea. ⁊ ꝛeterminabilis ꝑ eã. ⁊ alia ecõtra dicit formalis. eo q̃ partem ꝓiorẽ faciat ꝛeterminate stare ꝑ ipso sacramẽto. Verbi gr̃a. In ꝓposito tã ablutio q̃z etiã verba triũ diuinar̃ ꝑsonar̃ exp̃ssiua. dicunt ꝓtes fundamẽtales seu materiales vt fundãt baptismũ formaliter sumptũ. puta vt baptism⁹ est signũ efficar̃ respectu gratie ꝛei. tamẽ cũ baptizat hõ. verba ꝑdicta ꝛeterminant illã ablutionẽ. ⁊ faciũt eã ꝛeterminate stare ꝑ sacramẽto baptismi. ideo talia ꝓba dicunt formalis ꝑs respectu ip̃t⁹ ablutõis cõtracte ⁊ ꝛeterminate ꝑ hmõi ꝓba. ¶ Itez̃ est aduertendũ q̃ licet aq̃ ⁊ ablutio facta ꝑ aquã ꝛeterminant ꝑ ꝓba ꝑdicta ad standũ ꝑ sacramento baptismi. qñ recta intentõe dicuntur hmõi ꝓba. ⁊ ꝓ ꝓsequẽs tã aqua q̃z ablutio dicant ꝓtes materiales respectu hmõi ꝓbor̃. nã aqua se habet vt materia remota. ablutio vero se habet vt materia propinqua. quia ablutio ĩmediate fundat r̃spectũ ꝑdictũ q̃ est sacramentũ baptismi formaliter. aqua aũt nõ fun

dat hmōi respectū nisi mediāte ablutōne. qa nec ante ablutionē nec post ablutōez est ī aq baptism⁹ formaliter. sz solū p mēsura ipi⁹ ablutionis. ¶ Hinc est q̄ distinctio data p magistrū ordinatio⁹ esse videt. q̄z illa q̄ est data p hugonē. Qz in rebꝫ artificialibꝫ materia p pinq̄ pdicat essentialiter d̄ eo cui⁹ est materia sz materia remota dato q̄ pdicet ꝛc hmōi rebus causaliter. tm̄ nō pdicat essentialiter. Ista em̄ est essentialis pdicatio. statua ē lignū. supposito q̄ ppinqua materia īmediate ī forma/ta forma statue sit lignū. tm̄ ista nō est essentialis pdicatio: sz solū causalis q̄ dicit. statua ē hyle seu materia ꝓma. ¶ Et qz illa q̄ sunt signa volūtarie instituta se habēt ad modū artificialiū. ideo ablutio q̄ ponit in diffinitōne magistri essentialiter pdicat ꝛc baptismo. quia formaliter sumendo est signū a deo voluntarie institutū. Sz aqua q̄ ponit in diffinitōe hugonis cū sit materia remota baptismi. nō pdicatur essentialiter ꝛc baptismo. sz solū causaliter. ¶ Ex quo vlteri⁹ sequit q̄ in diffinitōne magistri meli⁹ exprimit gen⁹ ꝛ differētia. qz ī diffinitōne hugonis. quia gen⁹ essentialit pdicat ꝛc specie diffinita p ipm. Sz sicut iā declaratū est ablutio pdicat essentialiter ꝛc baptismo ꝛ ñ aqua. Et iā differētia accipit a parte formali. sz verba psonas diuinas exprimentia sunt forma baptismi in ordine ad ablutionē que determinat per ipa. ideo ꝛc. ¶ Et p hꝫ patet ad instantiā ꝛc hugone. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ in baptismo poterim⁹ tria cōsiderare. Nā aliq̄d est ibi qd̄ est sacramentū tm̄. puta ablutio ꝛ ꝓba. Aliq̄d qd̄ est sacramētū ꝛ res sacramētī. s. character. Tertiū qd̄ nō est sacrm̄ sed tantūmodo res sacri. s. grā ex susceptione sacri collata. Igit ꝛc medio. s. d̄ charactere est intelligenda autoritas augustini. qz character est indelibilis ꝛ semp manet. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ si aliq̄ vis regenerativa est in aq̄. illa tm̄ īmediati⁹ est ī ablutōe. qz in aq̄ est habitualit. in ablutōne ꝓo actualit. Quo tm̄ illa autoritas bede ꝛ cetere ꝓsil'es sint intelligēde. iuxta ea q̄ teneo. dixi supi⁹ dist. ij. q. i. arti. ij. in solutōe q̄rti argumēti. ¶ Ad q̄rtū dicendū q̄ sic ī rebꝫ artificialibꝫ forma p artē inducta pcise ꝛ fm se sūpta nō recipit pdicatōez essentialē ppinq̄ sue materie. Ista em̄ est falsa figura statue ē lignū. qz sba nō pdicat essentialiter ꝛc accidēte. tm̄ si nō pcise sumit. tūc rōne implicatōis rei natural' prima materia pdicat essential'r ꝛc re artificiali. puta cū dicit. statua ē lignū. Sic in ꝓposito. dato q̄ ꝛc baptismo vt p respectu pcise sumit cū actuali exclusione fundamēti. ablutō ñ pdicet essentialit. tm̄ vt baptism⁹ sumit sine hmōi pcisione. tūc tal' ablutio ꝓe ꝛ essential'r pdicat ꝛc baptismo.

Corolari/um.

Corolari/um.

Solutio Ad. 1. Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4.

Quantū ad secūdū

Articulus secund⁹

articulū est aduertēdū q̄ cū forma sit necessario req̄sita ad esse illius cui⁹ dicit forma. ō talia ꝓba sūt ꝛ forma baptismi q̄ sūt necessario req̄sita ī baptizādo. Duplicē ḡ poterim⁹ attēdere necitatē in his ꝓbis. Nā qdā sunt necessaria necitate se tenēte ex pte baptismi seu sacramēti. Alia sūt necessaria necitate se tenēte ex pte baptizātis seu mīstri. Primo mō sunt necessaria ī sacro baptismi illa q̄bꝫ exprimunt tres diuīe psone. ꝛ act⁹ baptizandi. cū psona baptizata in quā trāsit hmōi act⁹. aliter tm̄ et aliter. Nā noia diuina ꝫ psonaꝫ sunt absolute ꝛ simpliciter necessaria ad hꝫ q̄ sit veritas sacramēti. ppter qd̄ nll'o modo licet variare talia noia. nec i se. nec in mō exprimendi. Sz ea q̄ significāt actū baptizatōis ꝛ psonā baptizatā. licz q̄ztū ad expssionē act⁹ ꝛ psone sint simplicit necaria p ꝓtate sacri. tm̄ q̄ztū ad modū exprimēdi nō sunt simpl'r necaria necitate se tenēte ex pte sacri. Nā greci actū pferūt optatiue. ꝛ baptizatū ī tercia psona. dicentes. baptizet fil⁹ xpi. Latini ꝓo ī vnū sa romana ecclia actū pferūt īdicatiue. ꝛ baptizatū in secda psona. puta. ego baptizo te. Attm̄ credit q̄ greci ꝓe baptizet. cui⁹ signū ē q̄ romana ecclia grecos ad se ꝓuersos ñ solz rebaptizare. qd̄ vtiqz facerz ꝗ eos ñ rputaret fore baptizatos. ¶ Iste tm̄ mod⁹ exprimēdi īdicatiue ꝛ ī secda psona est necessari⁹ necitate se tenēte ex pte baptizātis ī oibꝫ latinis ecclijs. qz cū tal' mod⁹ sit d̄ pcepto romane ecclie. saltē q̄ztū ad oēs ꝛgētes ī latinis ecclijs. ō ī hmōi ecclijs mortal'r peccaret q̄ hmōi modū ñ obseruaret. maxīe si tal' hō est cui ex officio cōpetit baptizare. illū em̄ ig̃rantia iurz ñ excusat. cū d̄ iure q̄libet teneat scire illud qd̄ ad suū officiū dinoscit ptinere. ¶ Et eodē mō sentiēdū ē d̄ hꝫ ꝓnoie ego. qd̄ exprimit psonā baptizātis. qz greci ipm ñ ponūt. ꝛ tm̄ ꝓe baptizāt. Mortal'r tm̄ peccaret latin⁹ si ipsū obmitteret. ¶ His pmissis pono q̄ttuo⁹ cōclusiones circa formā ꝓbꝫ baptismi. d̄ q̄ ad pñs pertīt ī isto articulo. ¶ Prīa ē q̄ ppa noia triū diuinaꝫ psonaꝫ necio spectāt ad formaz baptizādi. Qz xps ver⁹ ꝛ⁹ sb expssiōe istorū noiz pcepit baptismū ꝓferri. ḡ tlia noia sūt d̄ necia forma ipi⁹ baptismi. Ans pz mat. vlti.

Cōclusio prima. I

Patet etiã ꝯsequentia. quia illud cui⁹ vigor totaliter dependet ex ordinatõne instituentis hoc nullũ habet vigorẽ nisi forma ab instituente posita obseruet. ⁊ per ꝯsequens forma huiusmodi instituta dicit necessaria. Sz vigor omniũ sacramentoꝝ ex institutõne ⁊ ordinatione dei totaliter dependet vt declaratum est
2 superi⁹. dist. i. ⁊. ij. ergo ⁊c. ¶ P. verba que sic se habent ad baptismũ ꝙ sine eorũ expressione baptizatus nullo modo ꝯsequitur mysterium redemptionis. illa sunt de necessaria forma baptismi. sed nomina diuinarũ personaꝝ sunt huiusmodi. Maior patet. Probat minor autoritate fulgentij qui ait. Mysteriũ redemptõnis nullo modo habet. si patris aut
Cõfirmat filij aut spiritussancti nomẽ subtrahit. ¶ Et hoc cõfirmatur autoritate zacharie pape. qui ait. Firmissime preceptũ est in synodo anglorum. vt quicũqz sine inuocatõe trinitatis mersus fuerit. sacramentũ regeneratõnis nõ ha-
Instantia beret. qd̃ omino veꝝ est. ¶ Forte cõtra istud dicetur si ꝓpria nomina diuinarũ personarũ distincte expressa sunt de necessaria forma baptismi. tũc quicũqz baptizatur sine huiusmodi expressione ille esset rebaptizand⁹. Consequens est falsuz. Consequẽtia patet. Probatur falsitas cõsequentis primo autoritate sacre scripture. quia vt patet Actuũ. i. ⁊. ij. c. aliqui fuerunt baptizati in nomine christi. ⁊ tamen apostoli nõ secerãt eos rebaptizari. imo reputabant eos baptizatos. ¶ Secũdo autoritate ambrosij qui ait. Si vnũ sermõe apprehenderis. fide aũt nec patrẽ nec filiuz nec spiritũ sanctum abneges. plenũ est fidei sacramentum. ¶ Tercio autoritate bernardi. qui in quadã sua epistola quendã qui fuit baptizatus in nomine dei ⁊ sancte crucis vere reputat esse baptizatũ. ¶ Quarto autoritate nicolai pape. qui ait. Hi profecto si in nomine trinitatis. vel in nomine christi baptizentur
2 baptizati sunt. ¶ P. forma tradita a christo Matth. vlti. c. nõ dicit in nominibus. sed ĩ nomine patris ⁊c. ergo videtur ꝙ debeat poni
3 tantũ vnum nomen trinitatis. ¶ P. vbi nõ est maior virtus in tribus q̃z in vno. ibi tantum valet inuocatio vnius sicut trium. sed patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti vna est deitas: equalis gl̃ia ⁊ coeterna maiestas. vt ait athanasius in simbolo. ¶ P. quãdo nomina sunt
4 synonyma. tantuz valet positio vni⁹ quãtum alterius. sed pater ⁊ genitor. filius ⁊ genitus. sunt synonyma. ergo eque bene poterit dici. in nomine genitoris ⁊ geniti. sicut dicit in noĩe patris ⁊ filij. ¶ Ad primũ dicendũ ꝙ nomina diuinaꝝ personarũ esse necessario requisita ad formã ⁊ efficaciã baptismi potest dupliciter intelligi. Uno modo per cõparationem ad diuinã potentiã. Alio modo ad humanã Primo modo est sensus falsus. Secũdo modo est verus. Quia hoc dicitur necessariũ in cõparatione ad aliquã potentiã. cui⁹ oppositum illa potentia fieri nõ potest. sed planum est ꝙ de⁹ posset facere quãdocũqz sibi placerz ꝙ sacramentũ baptismi esset verum ⁊ efficax sine illis ⁊ quibuscũqz alijs verbis. licet nulla humana autoritas ad hoc se extendat. puta ꝙ mutando vel nõ ponendo illa nomina: baptismus maneat in sua efficacia. Et ratio quo ad hoc est. quia qd̃ institutũ est autoritate superioris. hoc mutari nõ potest autoritate inferioris. sz expressio illorũ nominũ ꝓ baptismo. instituta est a christo Matth. vlti. ergo ⁊c. ¶ Ad formã igit argumenti dicendum ꝙ isto secundo modo accipiendo necessarium in ꝓposito tunc cõsequens nõ est falsum. Ad primã probationẽ dicendũ ꝙ in primitiua ecclesia baptizabant aliqui in nomine christi ex diuina dispensatõe ⁊ spiritussancti reuelatõne. Et hoc vt cõmuniter dicit ꝓ tanto vt nomẽ christi laudabili⁹ ⁊ celebri⁹ diuulgaret. Cessante ergo hac causa. puta cum hoc nomẽ christ⁹ fuit vniuersaliter diuulgatum. tũc in hoc solo nomine nõ debuit aliq̃s vlteri⁹ baptizari. Et ideo semp manet necessitas istius forme in ordine ad humanã potẽtiam a qua nõ potest ꝓcedere hmõi dispensatio. ¶ Ad autoritatẽ ambrosij dicendũ ꝙ illo casu posito plenũ esset fidei sacramẽtũ quo ad baptizantẽ. hoc est dictum. ꝙ baptizans plenam fidem haberet. sed non quo ad baptizatum. quia baptizatus verum sacramentũ non reciperet. ¶ Ad bernardũ dicendũ ꝙ ibi per nomẽ dei intelliguntur nomina triũ personarum. quorũ quodlibet est nomẽ dei. sicut ⁊ quelibet persona est verus deus. Unde solũ videt ibi esse questio de nomine crucis. vtrũ illa additio viciauerit sacramẽtũ. Ille igitur merito putabat baptizatus. quia dũmodo cetera verba que sunt de sacramenti necessitate plene et ordinate ꝓferantur. additio facta ex deuotione nõ irritat sacramentum. ¶ Ad dictũ nicolai pape dicendũ. ꝙ hoc est intelligendum in casu vbi alicui constaret per diuinam reuelationem pro tunc esse a deo dispensatum modo q̃ extitit tpe apl'oꝝ Ad scdm dicẽdum ꝙ sicut xp̃s dixit in nomĩe ⁊ non in

Solutio. Ad. i.

Ad. 2.

nominibus. sic ⁊ nos dicimus. ⁊ sicut christus ad li nomen singulariter sumptū adiūxit nomina tria. s. patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti sic ⁊ nos illa tria nomina adiungere debem⁹.

Ad.3. Ad tertiū dicendū q̄ ibi assignat nō causa p causa. quia p expressionē triū nominuz nō attendit maioritas virtutis. sed euidētia christiane pfessionis. quia magis euidenter pfitemur mysteriū sanctissime trinitatis exp̄mendo illa tria nomina q̄z vnū tantū.

Ad.4. ¶ Ad quartū nego minorē. qz inter nomīa synonyma tantūmodo est variatio vocalis. ⁊ nō significatōnis. sed hic est variatio significationis vel saltē ratōnis a qua imposita est significatio. Nā hoc nomē pater significat pſonā diuinā. ⁊ impositū est a ꝓprietate pſonali. sz hoc nomē genitor cū sit nomē verbale significat actū pſone. vl saltē principaliter est impositū ab actu generatōis.

Instantia Forte dicet q̄ cuz in diuinis act⁹ generatōnis. ⁊ pſon alis ꝓprietas generātis sint idē realiter. ergo ab eodez impositū est hoc nomē pater ⁊ hoc nomē genitor. ⁊ per ꝯsequēs erūt synonyma.

Solutio ¶ Respōdeo q̄ ad hoc q̄ nomina sint synonyma ñ sufficit q̄ imponant ab eodē. nisi illud idē accipiat sub eadē ratōne. Propter qd̄ ait cōmentator. xij. methaphisice. q̄ vita ⁊ scētia nō dicuntur synonyme de deo. ⁊ hoc p tanto. quia quāuis sint idē in deo realiter. tamē differunt fm rationē. Sic in ꝓposito quāuis in diuinis generatio actiua ⁊ paternitas sint idē fm rez. differūt tamē fm rationē ⁊c.

Cōclusio secunda. Cōclusio secūda est q̄ exp̄ssio actus baptizādi ⁊ pſone baptizate est necessaria p integritate forme baptismi.

1 Quia illa exp̄ssio est de necessitate forme baptismi. sine qua ille qui in aqua baptizando mergit nō est baptizat⁹. sed p̄dicta exp̄ssio est hmōi. quia extra de baptismo ⁊ eius effectu. dicit alexander papa. si quis puerum ter ĩmerserit in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. ⁊ nō d. xerit. ego te baptizo in nomine patris ⁊ filij ⁊ spūssancti amē. nō est puer baptizatus.

2 ¶ P. illa exp̄ssio ponit in forma tradita a christo. nā p hoc q̄ dicit. baptizantes. exprimit actus. p hoc vero q̄ dicit eos. exprimunt pſone baptizāde.

Instantia 1 Sz ꝯtra istud arguitur a quibusdā sic. Illa oratio cū dicitur. ego baptizo te ⁊c. si spectat ad formā baptismi. vel hoc cōuenit sibi vt est falsa. vel vt est vera. Ista patet p sufficientē diuisionē. Nō vt falsa. quia falsitas oratōnis nō potest esse causa veritatis que est in sacramētis. Nec vt vera. quia veritas oratōis est posterior significato per eā. Nā ab eo q̄ res est vel non est. oratio dicit vera vel falsa. vt patet primo peri hermenias. sed causa nō est posterior eo cui⁹ est causa.

2 P. sicut christus p̄cepit baptizare. sic etiā precepit docere dicens. Ite ⁊ docete omēs gentes baptizantes eos in nomīe patris ⁊c. sed ad hoc q̄ aliquis satisfaciat precepto christi docendo. nō est necesse q̄ exp̄mat actū ⁊ eū quē docet dicens. ego doceo te. ergo a simili ad hoc q̄ satisfaciat pcepto christi baptizando nō videtur esse necesse q̄ dicat. ego baptizo te. ergo ⁊c.

3 ¶ P. arguūt greci sic. Frustra dirigūtur verba ad euz qui nullo modo potest appēdere vel intelligere ea. sed parvulus qui baptizatur nullo modo est capax sermonis. ergo frustra dicit baptizans. ego baptizo te dirigendo sermonē ad parvulum

4 P. qd̄ ipo facto sufficiēter exprimit. hoc ñ est necesse verbis exprimi. sed actus baptismi sufficienter exprimit ipo facto. ergo ⁊c.

5 ¶ P. qd̄ sine prolatōne intelligitur. hoc inutiliter profert. ⁊ per cōsequens si proferat videt esse nugatio. sed verbū prime persone semper dat intelligi pronomē prime pſone. ergo sine necessitate premittit li ego. cū dicitur ego baptizo ⁊c.

Sz anteq̄z respondeā ad hec pono alias duas cōclusiones. quia aliqualiter faciunt ad horū solutionē.

Tercia cōclusio. ¶ Est igitur tercia cōclusio. q̄ licet expressio actus ⁊ persone baptizate necessario requirat ad formaz baptismi. tamen modus exprimēdi vnus ⁊ determinatus non est de necessitate talis forme. quia siue pferatur participialiter. sicut ego sum baptizans te in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. siue verbaliter optatiue. sicut dicunt greci. baptizetur seruus christi in nomīe patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. siue verbaliter indicatiue. sicut dicitur ĩ romana ecclesia. ego baptizo te ⁊c. nihil refert quantū ad veritatem baptismi. ⁊ per cōsequens quantū ad necessitatem forme sine qua nō potest esse verus baptismus. Multū tamen refert quantum ad baptizantem. vt superius dixi. quia propter huiusmodi nouas adinuentōnes. ⁊ propter hoc q̄ nō obediret statuto sacrosancte romane ecclesie. ille qui aliter pferret q̄z ecclesia instituit grauissime peccaret. ⁊ merito puari deberet officio ⁊ beneficio.

Cōclusio quarta. Quarta conclusio est. q̄ hoc pronomen ego non est necessario requisitum ad predictam formā baptismi. peccaret tamen qui ipsum omitteret. sicut iam predictum est. Et quia iste due conclusiones patent ex dictis in primo articulo. ideo

Solutio. Ad.1. causa breuitatis hic transeo. ¶ Ad primum argumentũ ꝯtra secundã ꝯclusionẽ dicẽdũ ꝙ p accidẽs est hãc orationẽ. ego baptizo te ꝛc. cõsiderare q̃ztũ ad veritatẽ vl' falsitatẽ. vt spectat ad formã baptismi. sz p se est ꝯsiderare hꝰ qd̃ ꝛc⁹ sic instituit. Si ẽm ꝛc⁹ instituisset ꝙ tota forma baptismi ꝯsisteret in hac sillaba ba. ita vere baptizaret aliq̃s aliũ ĩmergẽdo dicẽs ba. sicut modo dicẽdo formã p nũc a ꝛeo institutã. q̃ztus ba nec significet veꝝ nec falsuz

Ad.2. ¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ qz in collatõne sacramẽti requirꝝ intẽtio ministri ꝯferentis sacramẽtũ. ꝛ baptism⁹ est sacrm̃ necessitatꝭ. iõ sic est institutũ ꝙ oia exprimanꝝ in baptismo q̃ intentionẽ ministri ꝛeterminant ad actũ q̃ ꝯferꝝ sacrm̃. Nõ est aũt hoc necesse in alijs fieri in quibꝫ nõ est tm̃ periculũ si ꝛefuerit intẽtio agẽtis. ideo nõ est simile ꝛe docere ꝛ baptizare. ¶ Ad terciũ dicendũ ꝙ posito maiorez

Ad.3. esse verã loq̃ndo ꝛe ꝟbis q̃ pferunꝝ tantũmodo causa significatõis. tm̃ nõ est vera loquendo ꝛe verbis q̃ proferunꝝ causa sanctificandi vel benedicẽdi. Ut sic ẽm q̃ñqz pferunꝝ ꝟba etiã ad creaturas insensibiles. dicim⁹ ẽm. Exorcizo te creatura salis. ¶ Ad quartũ dicen-

Ad.4. dũ ꝙ ad maiorẽ ꝛeterminatõez intentõis ministri ille act⁹ nõ ꝛebet solũ exprimi facto. sed etiã verbo. ¶ Ad quintũ dicendũ ꝙ maior ñ

Ad.5. est vera. qz sepe ad maiorẽ euidentiã aliq̃d exprimꝝ. qd̃ tamẽ posset intelligi dato ꝙ nõ exprimeret.

Articulus tercius.

Quantũ ad terciuz

articulũ est aduertẽdũ. ꝙ sicut in rebꝫ corpalibꝫ fm quattuor genera ꝯtingũt mutatões. puta in substãtia: q̃ztitate: qualitate: ꝛ vbi. sic circa verba baptismi fieri mutatõez pt intelligi quattuor modis. Uno modo fm substantiã. s. ꝙ illa ꝟba oĩa vel aliqua dimittanꝝ. ꝛ alia ponanꝝ. Et hoc dupliciter. Uno mõ ma-

Prim⁹ mod⁹ mutationis. nente eadẽ significatõe ꝛ eodẽ modo significandi. sicut fit cũ forma ꝟbꝫ ꝛe latino trãsfertur in gallicũ. vl' in verba alicui⁹ alteri⁹ idiomatis. ꝛ tunc nulla fiet mutatio circa baptismũ. qz ĩ quacũq̃z lingua forma verbꝫ a ꝓpo tradita ꝛ ab eccl'ia ꝛterminata pferaꝝ. vere cõferꝝ baptism⁹. qz tũc nõ mutaꝝ forma intelligibilis. sed solũ forma vocalis seu sensibilis. Alio modo significatõe mutata. puta si aliq̃s baptizaret in noĩe ꝛei ꝛ sancte marie virginis. vel mutato modo significãdi. vt si baptizarz in nomie genitorꝫ ꝛ geniti ꝛ paracliti seu flaminis almi. tũc nõ est baptism⁹. Et istud est veꝝ q̃ztũ ad noĩa diuinaꝝ ꝓsonaꝝ. sz q̃ztũ ad ꝟba exprimẽtia actũ ꝛ ꝓsonã baptizatã sufficit ꝙ maneat eadẽ significatio nõ obstante ꝙ mod⁹ significandi muteꝝ. sicut dictũ est ĩ articulo secũdo. ¶ Secõdo modo pt fieri mutatio modo q̃ztitatis. puta aliq̃d addẽdo ꝛ nihil subtrahẽdo. vel aliq̃d subtrahẽdo ꝛ nihil reponẽdo. Primũ pt fieri triplicit. Uno modo sic. ꝙ illud additũ implicat ꝯditionẽ non astantẽ. puta si simplex sacerdos diceret. ego baptizo te si sum ẽps. vel implicat aliq̃d distrahẽs vel diminuẽs diuĩe ꝓsone dignitatẽ. seu tollẽs diuinarũ personaꝝ equalitatẽ. sicut arriani baptizabãt in noĩe patris maioris. et filij minoris. Tercio modo ꝙ illud additu nec sit distrahẽs nec diminuẽs. tamẽ ille qui addit intẽdit nouã formã introducere. nõ credens formã acten⁹ obseruatã esse sufficientez ꝛ efficacẽ. Et his tribꝫ modis semp tollit veritas baptismi. ꝛ p ꝯsequẽs sic baptizat⁹ ẽ rebaptizand⁹. Si aũt hmõi additio fit ex addentis simplicitate vel ꝛeuotõne. tũc ver⁹ est baptism⁹. puta si aliq̃s sine fraude dicerz. ego baptizo te in noĩe patris oñipotẽtis ꝛc. Si aũt mutaꝝ quãtitas subtrahẽdo ꝛ nihil reponendo. vel tũc subtrahit aliqua dictio necessario requisita ad verã formã baptismi. vel ñ necessario requisita. Primo modo nõ est verus baptism⁹. Secõdo modo est verus baptismus. licet grauiter peccet q̃ subtrahit. vt superius est ꝛeclaratũ Nota tm̃ ꝙ si subtractio filij vel spũsanctꝰ plato noĩe patris nõ esset volũtaria. puta vel qz baptizat⁹ moꝛit. vel baptizans nõ pt vlteri⁹ loqui. tunc dicũt multi doctoꝛes ꝙ ver⁹ est baptism⁹ nõ obstãte predicta omissione. Et in hoc casu dicunt esse intelligendam autoꝛitatẽ ambrosij superi⁹ adductaz articulo secũdo. argumẽto primo ꝯtra primam ꝯclusionẽ. Tamẽ forte tuti⁹ esset impedimento sic interueniẽte ex parte baptizãtis. ꝙ illud ꝯsiliũ teneꝝ qd̃ traditur extra ꝛe baptismo ꝛ eius effectu. vbi dicit. De quibꝫ est dubium an sint baptizati baptizenꝝ his verbis premissis. Si baptizat⁹ es non te baptizo. sed si nondũ baptizatus es. ego te baptizo in nomĩe patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti amẽ

Secõdo modus mutationis.

¶ Tercio modo potest fieri mutatõ modo q̃litatis. puta verba in correcte pferẽdo. vel frãgẽdo vl' corrũpẽdo. Et hꝰ dupliciꝭ. s. vl' volũtarie ꝛ maliciose. tũc nõ teneꝝ tal' facẽs formã ab eccl'ia obseruatã. ꝛ p ꝯsequẽs ñ baptizaret. Uel ex ignoꝛãtia siue ex impotentia. Et hꝰ

Terci⁹ modus mutationis.

adhuc dupliciter. qz vel tanta est corruptio verbi vel verboꝝ. q̃ mutat̃ significatio. vl' nõ mutat̃ significatio. Si nõ mutat̃. tunc verũ est sacramẽtũ. debent tamẽ tales qui ꝓpter lingue impedimentũ quãdoqz balbutiẽdo sincopant verba sacramẽti cauere q̃ztũ possunt. qz si hoc non fecerint grauiter delinquũt. Si autẽ mutat̃ significatio. verbi gratia. cũ debet dicere patris dicit patria. tunc vel est tanta corruptio q̃ nõ solũ mutat̃ significatio q̃ntum ad primã nominis impositionẽ. sed etiã quantũ ad vsus accõmodationẽ. vel dato q̃ mutet̃ significatio quantũ ad nominis impositionẽ. manet tamẽ quantũ ad vsũ accõmodationẽ. puta qz adhuc cõmuniter intelligit̃ quid intendit ille qui loquit̃. Primo modo nõ est ver⁹ baptism⁹. sed secũdo modo est verus baptismus. qd̃ patet de cõse. dist. iiij. c. retulerũt. vbi dicit̃ de quodã sacerdote q̃ cũ graecus ess̃ z officiaret latinã ecclesiã. baptizauit in nomine patria z filia z spũsancta. Et respõdet ibidẽ zacharias papa dicẽs. q̃ si hoc fecit ex imperitia lingue latine nõ intendẽs aliquẽ errorẽ inducere. nõ erant rebaptizãdi q̃s baptizauit. ¶ Quarto modo potest fieri mutatio ad instar localis mutationis. Et h̃ duplicit̃. Uno modo p̃ trãspositionẽ. Alio modo ꝑ interpositionẽ. Primũ potest fieri dupliciter. Uno modo ex certa malicia. z taliter faciens nõ baptizat. Alio modo ex simplicitate. z hoc dupliciter. qz vel est talis trãspositio que mutat sententiã orõnis. puta si diceret aliquis. ego patris baptizo te z filij. z in nomine spũsancti. tunc nec talis baptizat. Si autẽ ex huiusmodi transpositõne non mutat̃ sentẽtia orationis. tũc ver⁹ est baptism⁹. puta si diceret. ego baptizo te in nomine filij z patris z spũsancti. Si autẽ fit interpositio puta dicendo. ego baptizo te. ista aqua ẽ nimis frigida. in nomine patris z filij z spũsancti. hoc potest fieri dupliciter. qz vel ita longa fit interpositio q̃ modo humano merito iudicatur q̃ actio baptismalis sit penitus discõtinuata. tũc forma verboꝝ debet reincipi. alias non esset verus baptism⁹. vel nõ interponit̃ tanta mora q̃ fm humanã ꝛsuetudinẽ act⁹ baptizandi dicat̃ vel sit discõtinuatus. tũc nõ obstante huiusmodi interpositõne verus esset baptism⁹. dũmodo talis interpositio nõ fiat in fraudẽ vel ex certa malicia. ¶ Veritas in istis clausulis expssa cõmuni⁹ tenet̃. quãuis in multis hic positis aliqui teneãt oppositũ. quoꝝ motiua quia nõ videnẽt̃ alicui⁹ ponderis. ideo causa breuitatis ea nõ adduxi.

Quartus modus mutationis.

Quãtuz ad quartũ articulũ dicendũ q̃ talis debet esse materia sacramenti q̃ fm suã naturã aliquo modo significet siue repsentet effectũ sacramẽti. sz effectũ baptismi maxime repsentat aqua. ergo elemẽtum aque est ꝛgrua ei⁹ materia. Maior patet. Probatio minoris. qz triplex videt̃ esse effectus gratie baptismalis. Nã per gratiã baptismi fomes peccati aliqualiter refrenatur. culpa expurgat̃. z mens illuminat̃. Aqua vero ex sui natura habet triplicẽ ꝓprietatẽ tribus p̃dictis aliquo modo correspondentẽ. s. frigiditatẽ: humiditatẽ: z diaphanitatẽ. Per primã ꝓprietatẽ aqua baptismi significat cõcupiscẽtie mitigationẽ. ꝑ secundã culpe purgationẽ. z ꝑ terciã mẽtis illuminationem. Et forte ratõe istoꝝ triũ effectũ gr̃e baptismalis tribꝰ vicibꝰ mergit̃ in aqua q̃ baptizat̃ ad honorẽ sancte trinitatis a qua hos tres effectus ꝛsequit̃ ipse baptizat⁹. ¶ Utꝝ aũt de necessitate baptismi sit illa trina ĩmersio. dico q̃ nõ. Ubi tũ ꝛsuetudo est q̃ baptizand⁹ ter ĩmergat̃. ibi grauiter peccaret q̃ illã ꝛsuetudinẽ ñ obseruaret. In casu tũ pt excusari. puta si baptizand⁹ est adeo debilis q̃ periculosiꝝ ess̃ totiens ipm ĩmergi. tũc em̃ sufficit vna ĩmersio. vl' etiã sola aque aspersio sup ipm baptizãdũ. ¶ Ad argumentũ p̃ncipale dicendũ. q̃ forma illa verboꝝ nõ debebat in baptismo xpi ex primi. qz si fuisset expssa. tũc xps fuisset baptizat⁹ in noĩe suij p̃ri⁹. ¶ Etiã nõ fuit ꝛsonũ rõi q̃ trinitas ibi hũana voce exp̃meret̃. qz euidẽtius ibi apparuit q̃z si vocaliter fuisset expssa. Nã pater ibi apparuit in voce. filij⁹ in carne. spũsanct⁹ in colũbe specie. vt scribit̃ in euãgelio Luc̃. iij. c.

Articulus quartus.

Ad principale argu.

¶ Distinctio quarta.

Hic dicenduz

Postq̃z mgr̃ oñdit q̃d sit baptism⁹. z declarauit quasdã ꝛditões ad baptismũ necessario ꝑtinentes. in ista ꝑte determinat de baptismo q̃ztũ ad baptismũ suscipiẽtes. Et diuidit̃ in duas ꝑtes. Qz ꝑmo determinat d̃ oĩbꝰ vniũsaliter recipiẽtibꝰ baptismũ. Secõo spẽaliter circa puuulos baptizatos mouet vnũ dubium. ibi. Solet etiam queri si parnulis. Prima in tres. Quia primo tractat de hꝭ qui simul recipiunt sacramentuz

⁊ rem sacramẽti. Secũdo de quibusdã qui recipiũt sacramentũ ⁊ rem sacramẽti licet nõ simul. eo q̃ prius recipiãt rẽ sacramenti ⁊ postea sacramentũ. Tercio q̃rit cui⁹ rei baptism⁹ in talib⁹ hoĩb⁹ sit signũ seu sacrm. Secũda ibi. Solet q̃ri de illis. Tercia ibi. Si queriť cui⁹ rei. Prima ĩ tres. Qz p̃mo mgr̃ ostendit qũo aliq̃ recipiũt sacrm baptismi ⁊ rem sacri. Secundo qũo aliq̃ recipiũt sacrm ⁊ non rẽ sacramenti. Tercio qũo aliq̃ recipiũt rẽ sacramẽti ⁊ ñ sacrm. s. illi q̃ dicunť baptizati baptismo sanguinis vl flaminis. Secda ibi. Qui ꝓ si ne fide accedũt. Tercia ibi. Sunt ⁊ alij. Et hec diuidiť in tres ꝑtes. Qz p̃mo mgr̃ determinat veritatẽ quã intẽdit. Scdo ꝓtra suaz determinationẽ obijcit. Et tercio hmõi obiectionẽ dissoluit. Secũda ibi. Sz dicũt aliq̃ Tercia ibi. Sz q̃ in his min⁹ dixit. Vic q̃ro

Vtrum effect⁹ baptismi equaliter cõueniat oĩb⁹ baptizatis. ¶ Et videť q̃ sic. Quia ad equalitatẽ ⁊ vniformitatẽ cause sequiť eq̃litas ⁊ vniformitas ĩ effectu. sz tanta est eq̃litas baptismi ad omnes baptizatos q̃ diciť oĩm vn⁹ baptism⁹. Juxta illud apli. Vna fides. vnũ baptisma ¶ Cõtra. res baptismi nõ se habet eq̃liter ad omẽs baptizatos. g̃ nec effect⁹ baptismi. Cõsequẽtia patet. qz effect⁹ baptismi est res baptismi. Antecedẽs etiã patet p mgr̃m in lr̃a. qz vt ipse dicit. quidã recipiũt sacrm ⁊ rẽ sacramenti. quidã sacramentũ ⁊ nõ rẽ. quidã vero rem et nõ sacramentũ. ¶ Vic quattuor sunt videnda. Primo q̃d hic in ꝓposito dicať res sacri. ¶ Secũdo q̃ sint hi q̃ recipiũt sacrm ⁊ rẽ sacri ¶ Tercio q̃ sint hi q̃ recipiũt sacramentũ ⁊ ñ rẽ sacri. ¶ Quarto videndũ est de his q̃ recipiunt rẽ sacri ⁊ nõ sacrm. ¶ Et ex his patebit ad principale q̃situ.

Articulus primus.

Quantũ ad primũ

est sciendũ q̃ res sacri q̃ñq̃z accipiť magis large. q̃ñq̃z magis stricte. ¶ Primo modo res sacramẽti diciť omẽ illud q̃d ꝓferť ex diuina institutõe seu ordinatõe homini p tpe q̃ suscipit sacrm ipi⁹ baptismi. siue sit gratis datuz. siue gratũ faciẽs ¶ Secũdo modo res sacramenti restringiť ad illud tantũ q̃d est gratuz faciẽs. ¶ Primo nõ accipiť hic res sacramẽti. qz vt sic etiã ipe character diciť res sacramẽti. quẽ omis hõ suscipit q̃ vere baptismi suscipit sacrm. vt infra patebit dist. vi. Cũ igitur mgr̃ in lr̃a dicat aliq̃s recipe sacramentũ ⁊ ñ rem sacramẽti. planũ esse videť q̃ secũdo modo hic accipiť res sacramẽti. Vñ p̃mo ⁊ principaliter p rem sacramenti. hic debet intelligi gratia gratũ faciẽs. ex ꝓsequẽti vero p rẽ sacramenti hic debet intelligi omis culpe priuatio. eterne pene remissio. ⁊ virtutũ infusio. hec eĩ infallibiliter ꝓsequunť gratiã baptismalẽ intantũ q̃ si aliq̃s ꝓfectum mozereť postq̃z mediante sacramẽto baptismi recepit gratiã baptismalẽ. talis ĩmediate ad vitã eternaz euolaret absq̃ omi purgatorio. Qd q̃uis rõne ꝓbare nõ possim⁹. tñ sanctoꝝ autoritatib⁹ patet ĩ litera isti⁹ distinctõis. ⁊ ĩ multis aliis locis.

Articulus secund⁹

Quãtum ad secundũ

articulũ pono duas ꝓclusiões. ¶ Prima Cõclusio prima.
est. q̃ omẽes paruuli qui baptizanť recipiunt sacramentũ ⁊ rem sacramẽti. Qz quicũq̃z intrat vitã eternã. necesse est q̃ habeat gratiaz et virtutes. ⁊ sit emundat⁹ a culpa ⁊ absolut⁹ a pena. que sunt res sacramẽti. vt patet ex p̃dictis. Sed paruuli q̃ ĩmediate moriunť post baptismũ sine omi interuallo purgati intrãt vitã eternã. vt fide tenem⁹. ¶ Sz ꝓtra istud Opio hereticã. 1
sunt p̃mo aliq̃ heretici q̃ dicũt puulos nõ esse capaces baptismi. Quia q̃ nõ creditnon baptizať. sz puer paruul⁹ nõ credit. Maior patet. qz diciť Marci vlti. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit hic salu⁹ erit. Ex q̃ patet q̃ credere p̃supponiť ad baptismũ. Sz minor etiam patet. Quia q̃ nõ habet vsum liberi arbitrij ñ ꝑt credere. Nã fm augustinũ null⁹ credit nisi volens. Sz paruuli nõ habẽt vsum liberi arbitrij. ¶ P. obligatio nõ ꝑt fieri nisi ab eo 2
q̃ est sue volũtatis arbiter ꝓstitut⁹. vt iura dicunt. sed in baptismo homis fit obligatio ad ea q̃ sunt fidei xp̃iane seruãda. cũ ergo puer ñ sit sue volũtatis. sequiť q̃ nõ possit baptizari ¶ P. si paruuli baptizarenť. vel hoc fieret vt 3
purgarenť a culpa. vel vt pficerenť virtutib⁹ ⁊ gratia. Nõ ꝑt dari primũ. qz nullã culpam habẽt. Nõ eĩ habent culpã actualẽ. vt de se patet. cũ nõ habeãt vsum liberi arbitrij. sine q̃ nunq̃z cõtrahiť culpa actualis. Nec habent culpã originalẽ. vt ꝓbat Julian⁹ hereticus. cui⁹ rationes adduxi lib. ij. dist. xxx. arti. i. cõclusione p̃ma. Nec ꝑt dari secundũ. qz puuli nõ habẽt fidẽ. ergo nõ sunt capaces gr̃e. Probať ꝓsequẽtia. qz quicũq̃z habet gratiã placet deo. sz sine fide impossibile est placere deo. vt ait apl's ad Heb. ¶ Probať etiã antecedẽs qz habẽs aliquẽ habitũ cũ puenerit ad ãnos

discretōis pt exire in actū fm illū habitū. habitū em vtimur cū volum⁹. vt dicit. ij. d aia
sz paruul⁹ cū venerit ad annos discretōis nō
pt exire in actū credēdi nisi doceat d nouo sic
vn⁹ ali⁹ q̄ fuisset pagan⁹ vel iudeus. g cū erat
4 paruul⁹ nō habuit habitū fidei. ¶ P. qn̄ par
uuli attingūt annos discretōis pniores sunt
ad act⁹ vicios̄ q̄z virtuosos. g nō receperūt
virtutes i baptismo. Antecedēs patet hēn.
viij. vbi dicit. Sensus em z cogitatio hūani
cordis pna sunt ad malū ab adolescētia sua.
Cōsequētia etiā patet. qz habit⁹ inclinat ho
minē ad tales actus q̄ sunt fm illos habitus.
¶ Propter qd dixit aresto. i. methaphi. ⁊ tra
platonē. q impossibile ē habere nobilissimos
habit⁹ z latere nos. Et. ij. ethicoz dicit. q si
gnū est adq̄siti habit⁹ habere delectatōnez in
ope. ¶ Sz ⁊tra istos hereticos dyonisi⁹ li.
Cōtra opinionem. de ecclīastica hierarchia. c. vlti. allegat ipsos
1 apl̄os dicēs. Diuini nostri duces. s. apl̄i pba
2 uerūt infantes recipi ad baptismū. ¶ P. cir
cūcisio dabat infantibz. sz baptism⁹ dat loco
circūcisionis. g si pueri nō possent baptizari.
tūc essent i peiori statu in noua lege q̄z in vete
Solutio. ri. qd est absurdū dicere. ¶ Ad primū g dicē
Ad. 1. dū q licet pueri paruuli nō habeāt actū fidei.
habēt tm̄ habitū fidei z ceteraz virtutū q̄ ipis
infundunt in baptismo. sicut expsse ponit no
Instantia ua decretalis i septimo libro. ¶ Forte dicet he
retic⁹. q text⁹ euāgelij loquit de actu. Cū seq̄
tur ibidē. Qui vero nō crediderit ⁊ demnabit.
Solutio. ¶ Rndeo dupliciter dicimur credere. Uno
modo actualiter. Alio modo habitualit. Et
isto secūdo modo intelligend⁹ est textus ille.
Qd patet. qz alias si existēs in charitate dor
miens moreret. tūc damnaret. qz dormienti
nō cōpetit credere actualiter. sz solū habitua
liter. Et hmōi credere habitualit cōpetit par
uulis. z vniuersaliter oīb̄z habentibz habitu z
fidei. ¶ Ad pbationē minoris dicēdū q ad
credere habituale nō requirit actualis vsus
liberi arbitrij. Et cū augustin⁹ dicit q nullus
credit nisi volēs. vez est de credere actuali. ha
bituale tm̄ credere pt habere etiā hō dormiēs
q̄uis ei⁹ volūtas actualiter nullū actū eliciat
Ad. 2. ¶ Ad secundū dicendū q duplex est obliga
tio. Una p quā homo obligat ad talia ad q̄
rum obseruantiā tenet dato q talis obligatō
nō fieret. Alia per quā obligat ad talia ad q̄z
obseruantiā nō teneret si nō fieret hmōi obli
gatio. Tūc ad formā argumēti dico q maior
est vera loquēdo de obligatōne secūdo modo
accepta. z nō primo. sz minor in q̄z tū est ad p
positū pcedit de obligatōe p̄mo modo dicta.
qz nō obligat paruul⁹ in baptismo nisi ad ea
ad q̄ quilibet homo tenet qui sic ordinate vi
uere voluerit vt finē vltimū eternā. s. beatitu
dinē ⁊sequat. Patet ergo q mutat medīū in
rōne pdicta. z p ⁊sequēs nihil ⁊cludit. ¶ Ad Ad. 3.
terciū nego minorē. Ad pbationē dico q par
uuli nascunt cū originali peccato. z h pbaui
in secūdo libro. z rationibz hereticoz ibidēre
spondi. z a tali peccato mundant i baptismo.
¶ Ad illud qd arguit d fide quānis pateat
ex dictis ad primū argumentū. tm̄ ppter illd
qd addit de ānis discretōis dico q cū pueneritad ānos discretōis. tūc idiget doctrina. n̄ p
pter defectū fidei. qz habet lumē fidei. sz ppter
ignorantiā terminoz ad quos deberet applica
ri hmōi habit⁹. Et cū dicit. habitibz vtimur
cū volum⁹. vez est loquēdo de habitibz acq̄si
tis in quoz acquisitōe semp p̄supponit noti
cia terminoz. alias nō possent acq̄ri. sed n̄ est
vez loquendo de habitibz infusis. qui nec ab
obiecto nec ab intellectu dependēt effectiue. sz
solū ab ipo deo q̄ tales habit⁹ infundit. ¶ Fo Instantia
te dicet q deus est obiectū fidei. ergo dicere q
habit⁹ fidei sit effectiue a deo z nō ab obiecto
videt esse oppositū in adiecto. ¶ Rndeo q li Solutio.
cet de⁹ sit obiectū fidei. tm̄ deus nō est causa fi
dei sub ratōne obiectali. sz sub ratōne ideali.
nā omis virt⁹ infusa est p creationē. z ideo ra
tio fm quā pducit nō est obiectalis sz potius
idealis. Nec est etiā causa quare sine noticia
terminoz potest talis habit⁹ infundi. qd neq
q̄z fieri posset si crearet sub ratōne obiectali.
¶ Ad quartū nego ⁊sequentiā. qz fomes pec
cati qui inclinat in act⁹ vicios̄. licet aliquo Ad. 4.
modo virtute baptismi debilitet. tamē n̄ ple
ne ligat. nec totaliter extirpat. Et ideo etiam
adulti qui valde sunt virtuosi quādoq̄z pati
unt difficultatē in resistēdo peccatis. sicut se
pius fatet d seipo ille gloriosus apl̄s qui erat
vas diuine electōis. ¶ Ad pbationē dicen
dū q hmōi autoritates omes sunt intelligen
de de habitibz acquisitis. nō aūt d infusis. qz
em cōsuetudo inclinat ad modū nature. vt ait
cōmentator. i. phisicoz. ideo omis habit⁹ ac
quisit⁹ p assuefactionē opez inclinat habentē
talē habitū. ¶ Forte dicet si habit⁹ infusus n̄ Instantia
inclinat ad actū. tunc habit⁹ morales frustra
infunderent homini baptizato. qz talū ha
bituū. s. moralū perfectio z vtilitas ⁊sistit in
hoc q inclinat ad opa virtuosa. ¶ Rndeo q Solutio.
fm phm. iij. ethi. habit⁹ morales habent du
plicē modū circūstantionandi actū. Quorū

do. sacramēta ministrādo. ⁊ ad penitentiā ho
mines ꝓuocando. sicut intēdit dicere dyoni/
siꝰ. tamē nō possunt ꝓpter hoc peccata dimit
tere. ⁊ gratiā illuminantē dare directe talia ef
Ad.3. ficiendo. ¶ Ad terciū dicendū q̃ duplex est
actus forme. s. primꝰ ⁊ secundꝰ. vt patet. ij. de
aia. Modo licet maior sit vera loquendo de
actōe sumpta ꝑ actu secūdo. qui est vsus for
me seu agere mediāte forma quo modo acci/
pit actio forme ꝓprie. tamē nō est vera large
accipiēdo actionē forme ꝑ ipō actu primo q̃
est informare vel dare esse. Licet em habēs al
bedinē disgreget. tñ habēs albedinē nō dat es
se albū. ipm em recipit esse albū. Sz grā non
expellit peccatū actu scdo. sz tantūmodo actu
primo. i. dando esse gratū. qd habet formalez
repugnantiā ad mortale peccatū. Et ideo ta/
lis actꝰ nō ꝑuenit effectiue habēti vel recipiē
ti gratiā. sz soli deo qui dat gratiā. Sicut em
dans albedinē est causa effectiua expulsionis
ipsiꝰ nigredinis. qz dando albedinē effectiue
dat esse in cōpossibile cū nigredine. sic in ꝓpo/
Ad.4. sito ⁊c. ¶ Ad quartū dicēdū q̃ aplis erat col
lata potestas expellendi demonē a corpibo ne
lederet hoies vexatōne corpali. ⁊ hoc nō fuit
maius: ĩmo multo minꝰ q̃z expellere peccatū.
qd expelli non potest nisi ꝑ collationē gratie.
Ad confir ¶ Ad ꝓfirmationē dicēdū q̃ nō solꝰ demon
mationē. est causa pēti. qz ꝑncipalis causa peccati ē ipa
volūtas. Peccatū em tantū est peccatū q̃ztuz
volūtariū. sicut dicit beatꝰ augustinꝰ in libro
enchiri. Et ideo ille habet potestatē sup causā
peccati. qui habet potestatē sup liberā volūta/
tē. ⁊ h̄ est solꝰ deꝰ. Ipe em est cui omne cor patz
ꝛois volūtas loquit. vt ait aplis ad Hebre.
Ad.5. ¶ Ad quintū dicendū q̃ saluator dicēdo il/
la verba. dedit discipulis ptātez misterialē. de q̃
dictū est supra. ¶ Ad lextū negandū est an/ Ad.6.
tecedēs. nisi ꝑ quāto accipit ptās ministerij
cū excellētia iupradicta. ¶ Ad primā ꝓbati/
onē dicendū q̃ nō loquit ibi xps de ptāte q̃m
habuit inq̃ztū hō. sz de ptāte autoritatis quā
habuit inq̃ztū erat verꝰ deꝰ. qz ꝑ illa verba vo
lebat ostēdere q̃ nō erat tantūmodo hō sz q̃
erat ⁊ deꝰ. ¶ Ad secundā dicendū q̃ ꝑ hoc nō
arguit nisi q̃ habuit ptātem excellētis miste/
rij. ⁊ h̄ potuit etiā deꝰ ꝓferre mistris ecclesie. si
cut expsse habet in glosa. i. ad Chor. i. vbi di
citur. q̃ potuit deꝰ petro vel paulo dare vt ad
inuocationē nominis eiꝰ baptisma ꝓsecrarēt.
¶ Ad terciā dicendū q̃ iohānes ꝑ illa verba
volebat deitatē domini ihesu dēclarare. ⁊ ideo
loquebat ibi d ptāte autoritatis q̃ ꝑueniebat
ei nō vt homo erat. sed vt verꝰ deꝰ erat. Pro/
pter qd augustinꝰ sup iohānē ait. Christus
fm q̃ est filiꝰ dei est vita viuificās aias. ¶ Ad
quartā dicendū q̃ quāuis esse deū ꝑ naturaz
non sit minꝰ q̃z habere potestatē absolutā seu
ptātem autoritatis dimittēdi peccata. tñ esse
deū ꝑ gratiā vnionis ⁊ dici deꝰ ꝑ cōmunicati
onē idiomatū. est minꝰ q̃z habere ꝑdictā pote
statē. q̃ licet xps vt erat filiꝰ dei haberet hmōi
ptātez. qz vt sic erat deꝰ ꝑ naturā. tñ nō habu
it eā vt hō erat. ¶ Ad argumentū principale Ad princ
dicēdū dato q̃ ille q̃ maculatꝰ est nō possit ali pale argu.
um mūdare ꝗ tute ꝓpria. ꝑt tñ facere tale mi
misterīū ad cuiꝰ executōez virtꝰ diuina ĩmun
dū emūdabit. Sicut em medicꝰ infirmꝰ qñ
q̃z administrat aliq̃ homini infirmo. ad q̃ rū
ãministratōez ꝗtꝰ nature sanat illū homiez.
medico tñ manēte infirmo. sic ĩ ꝓposito ⁊c.

¶ Distinctio sexta.

Hinc quibus

licet. Postq̃z mgr determiauit
d baptismo fm se ac etiā compa
tiue. h̄ ꝓsequit d baptismi ꝓgruo vsu seu fre/
quētatōe. Et diuidit ĩ duas ptes. Qz primo
tāgit q̃dā ipedimēta accidētia circa ea q̃ sunt
de baptismi necēitate. Secdo tāgit q̃dā existē/
tia de baptismi solēnitate. ibi. Et gnoscēdū est
etiā. Prima ĩ tres. Qz ꝑmo tangit aliq̃ impe
dimēta ꝑtingētia ex ꝑte baptizātis. Secūdo
ex parte baptizati. Tercio ex ꝑte modi bapti
zandi. Secūda ibi. Illud etiā ignorādū nō
est. Tercia ibi. Queri etiā solet. Pria ĩ duas
Quia ꝑmo ꝑmittit quedā q̃ sunt de baptismi

honestate. Secūdo tangit qd dā dubiū euenens ex baptizātis p̄uitate. ibi. De illis etiā qui ab hereticis. Et hec in duas. Quia p̄mo mgr ex dictis sanctor ostēdit q baptizat⁹ ab heretico seruata tamē forma quā tenet ecclia nō est rebaptizand⁹. Secūdo recitat opinionem ꝓtrariā quā tenuit sanct⁹ Cypria⁹ ⁊ respondet ad eā. ibi. Sūt tamē nonnulli doctorum. ¶ Tūc sequit illa ps. Illud etiā ignorandū nō est Ubi primo mgr ostēdit q puer nō baptizat existens in vtero materno. dato etiā q mater baptizet. Secūdo inducit quādam obiectionē ⁊ respōdet ad eā. ibi. Si vero opponit. ¶ Tunc sequit illa pars. Queri etiā solet. Et diuidit in tres partes. Primo em ostēdit magister qd faciendū sit cū forma verbor aliqualiter corrumpit. Secūdo cum baptizator alicui⁹ hois p̄nit⁹ ignorat. Tercio cū aliquis in nomine trinitatis iocose ⁊ sine intentōe baptizat. Secūda ibi. Preterea sciendū est. Tercia ibi. Solet etiā q̄r. ¶ Sequit illa pars. Agnoscendū est etiā. Et diuiditur in tres ptes. Quia primo ostēdit de baptismi solēnitate esse tēporis determinationē. Secūdo fidei pfessionē. Et tercio cathecizationē ⁊ exorcizationē. Secūda ibi. Porro cū cti. Tercia ibi. Illa autē interrogatio. ¶ Nota q cathecizatio idē est qd instructio. Et dicit a cathesis grece qd est doctrina latine. Et inde cathecumin⁹ dicit ille qui de articulis fidei instruit priusq̄ baptizet. Exorcizatio idem est qd adiuratio. Et dicit ab exorcismus grece qd est increpatio vel adiuratio latine. Et inde dicit exorcista ille qui facit adiuratōnes sup demones ad hoc vt ab homīs vexatōne desistant. ¶ Hec est sentēcia illi⁹ sexte distinctōnis in generali. circa quā quero hāc q̄stionē in speciali.

Vtrum baptizata muliere prēgnāte puer existēs in vtero recipiat characterem. ¶ Et videt q sic. Quia toto signato quelibet pars vt habet ordinē ad totū videt esse signata. Sed puer existēs in vtero est pars matris. ⁊ mater etiaz baptizata tota charactere signat. ergo et puer signabit. Maior patet. quia totū non est aliud q̄z omēs sue partes. Minorē fide tenem⁹. ¶ Cōtra. nullus recipit characterē nisi vere baptizet. sz puer in vtero manēs nō potest baptizari. vt probat magister in littera. ergo ꝛc. ¶ Hic quatuor sunt videnda. ¶ Primo em videndum est de charactere qd sit in se entitatiue. ¶ Secundo in quo sit subiectiue. Tercio a quo sit effectiue. ¶ Et q̄rto de questio p̄ncipali.

Quantū ad primū

Articulus primus.

primo videndū est de charactere an sit. ¶ Secūdo qd sit. ¶ Et tercio ppter qd sit. ¶ Quo ad primū dico q charact̄ est quēda indelebilis entitas quā hō ꝓsequit quādo suscipit sacramentū ecclie qd nō licet iterare. sicut est sacramentū baptismi. ꝓfirmatōis. ⁊ ordinis.

Inquisitō prima.

1 Quia si talia sacramēta q̄ nō licet iterare non derelinq̄rēt aliquē effectū indelebilē in suscipiente hmōi sacramēta. tūc p taliū sacramētor suscepto ez nō maneret ppetua distinctio ciuſ q̄ suscepit talia sacramēta ab his qui hmōi sacramēta nunq̄z susceperūt. Cōsequētia patet. Sz ꝓseqūs est incōueniēs. vt infra patebit.

2 ¶ Pois vere baptizat⁹ ꝓsequit aliquē realē effectū ex baptismi rēceptōe. sz recipiēs baptismū cū ppōsito peccādi mortaliter vere baptizat. vt patuit supe⁹ dist. iij. arti. iij. ⁊ nullū ꝓsequit effectū pter characterē. ergo ꝛc. Maior patet. q̄z si nullū realē effectū ꝓsequit. tunc nō vere baptizat⁹ esset. nec posset ꝓsequi salutem nisi rebaptizaret cessante illo malo ppōsito in q̄ erat cuz primo baptizabat. Minor similiter patet. q̄z ppter illud mortale ppositū nec recipit gratiā. nec charitatē. nec aliq̄m aliā gratuitā virtutē. ¶ Sed cōtra istud est quēdā opinio ātiqua que ponit q charact̄ nō dicat aliquā entitatē realez. Quia omia q̄ saluanda sunt circa sacramēta eque bene saluari possunt sine charactere sicut cuz eo. ergo character nō est ponend⁹. Cōsequentia patz q̄z frustra fit p plura qd eque bene vel fieri vl saluari potest p paucioza. vt patet. 1. phisico. Antecedēs pbat. q̄z isti qui ponūt characterem. p tāto vident eū ponere. vt deo ꝓformemur. ꝓpo ꝓfiguremur. fidelib̄ assimilemur. ab infidelib̄ distinguamur ⁊ sepemur. ad vsuz virtuosorū actuū deputemur. ⁊ vt mediante charactere ad receptionē gratie disponamur ⁊ pparemur. Sed ad omia precedentia pter vltimū sufficūt fides gra ⁊ charitas q̄ de⁹ nobis infundit cū suscipim⁹ sacra. Nec etiā vltimū est necessariū. q̄z dispositio vel requirit p pter indispositōez sbiecti. vl ppter impotētiam agētis. sz ppter neutz istor ponēd⁹ ē character. q̄z aia est sūme disposita ad gratiaz ex se. ⁊ in deo qui efficit gratiā nulla est impotentia. ¶ P. omne donum dei supernaturale aut est gratis datum. aut gratū faciens. Sz character nō est donū supnaturale gratis datū.

Opio contraria.

1

2

qꝛ talia dona numerat apl'ꝰ.i.ad Choꝝ.xij.
ꝛ inter ea nō cōnumerat characterē. Nec gra
tū faciens. quia etiā ponētes characterē dicūt
ꝙ character potest stare cū mortali peccato.
3 ¶ P. si character esset aliquid reale. vel cōue
niret homini naturaliter. vel esset supnatura
le donū dei. Nō potest dari primū. vt etiā il/
li ꝯcedunt qui ponūt characterē esse aliquid
reale. Nec secundū. qꝛ nullꝰ recipit supnatu/
rale donū dei per illud quo mortaliter peccat.
Sed accedēs ad baptismū cū intentōe mor/
taliter peccandi. ille mortaliter peccat ratōne
irreuerētie quā exhibet sacramento. ꝛ ipe reci/
pit characterē. vt illi dicūt qui ponūt chara/
cterē esse aliquid reale. ergo character nō po/
4 test esse supnaturale donū dei. ¶ P. illud qđ
nō inuenit expssum in sacra scriptura. nec i ar
ticulis fidei. nec in dictis sanctoꝝ. hoc nō est
necesse ponere. sed character est hmōi. quia i
scriptura sacra nō inuenit de charactere sacra
mentali. sed de charactere bestie solū vt patet
Apocal'.xiij. qui quidē character bestie sonat
in viciū ꝛ peccatū. Nec in articulis fidei. vt
de se patet. Nec i dictis sanctoꝝ. qꝛ etiā augu/
stinꝰ qui plus ceteris laborauit circa declarati
onem sacramentoꝝ videt magis negare cha/
racterē qꝫ ponere. cū ipe dicat fictos recipe sa/
cramentū ꝛ nō rem sacramēti. qđ nō essꝫ veꝝ
Cōtra opi nionem. si cū sacramēto reciperēt characterē. ¶ Ista
opinio a nullo catholico videt esse tenenda.
Quia sicut dicit extra de hereticis. abolēda. de
sacramētis eccl'ie sentiendū est sicut sentit ro/
mana ecclesia. sꝫ romana ecclesia expsse ponit
characterē imprimi ipis baptizatis. ¶ Un/
de innocētius terciꝰ extra de baptismo ꝛ eius
effectu. maiores. sic ait. Qui ficte accedit ad
baptismū. characterē suscipit xpianitatis im
pressum. Et subdit ibidē. Tūc characterē sa
cramentalis imprimit opatio. cū obicē volun
tatis cōtrarie nō inuenit obsistentē. ¶ Ex q̄
patet ꝙ predicta opinio expsse videt esse ꝯtra
determinationē ecclesie. ꝛ per cōsequens nul/
Solutio. latenus tenēda. ¶ Ad primū dicendū ꝙ mi
Ad.1. nor nō est vera. quia mlti baptizati sunt qui
a nō baptizatis distinguunt. qui tamen nec
habent fidē nec gratiā nec characterē. sicut pa
tet de his qui post baptismū labunt in here/
sim. quorū distinctionē a n̄ baptizatis salua
re nō possemus si characterē nō poneremus.
¶ Etiā falsum assumūt cū dicunt ꝙ anima
rationalis sit summe disposita ex se ad rece/
ptionem gratie. quia omis illa forma natura
liter inducit in subiectū ad quā subiectū ex se
est summe dispositū. ꝛ sic gratia esset forma
naturalis humane anime. qđ est incōueniēs
¶ P. anima infecta originali peccato nō so/
lum nō est disposita ad gratiā. sed est disposi
ta ad oppositū gratie ꝛ est in opposita dispo/
sitōne respectu gratie. sed ante baptismi perce
ptionē anima est infecta peccato originali. ḡ
ꝛc. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ character ē do Ad.2.
nū gratis datū. Ad ꝓbationē dicendū ꝙ mlꝰ/
ta alia sunt dona gratis data. puta sine meri/
tis p̄cedentibꝫ data. p̄ter illa que apostolꝰ ibi
enumerat. ¶ Ad terciū dicendū ꝙ character Ad.3.
est supnaturale donū dei. Ad ꝓbationē dicē
dum ꝙ si minor acciperet debite sub maiori
tūc esset falsa. Ista em̄ esset minor. aliq̄s reci/
pit characterē ꝑ illud quo mortaliter peccat.
Peccatū em̄ nō est alicui ratio recipiēdi cha
racterē. si em̄ reciper baptismū sine fictōne ꝛ si
ne peccato nihil minꝰ reciperet characterem.
¶ Forte dicet ꝙ isti doctores nō accipiūt h Instantia
ꝑ causaliter. sꝫ solū coexistēter. puta vt sit sen
sus. ꝙ deus nulli dat donū supnaturale ꝓ il/
la mēsura duratōis ꝓ qua mortaliter peccat.
¶ Si sic glosat. tūc maior illiꝰ ꝓbatōnis nō Solutio.
est vera. qꝛ sicut patet Numeri.xxij. deꝰ dedit
donū ꝓphetie ipi balaam ꝓ illa duratōe tpis
quādo mortaliter peccauit. puta quādo mo/
tus auaricia iuit ad regē balach vt maledice
ret filijs israel. Multi etiā ꝓphete baal pro/
phetauerūt ꝛ tamē mortaliter peccauerūt. vt
patet.iij.ꝛ.iiij. Regū. ¶ Ad quartū dicendū Ad.4.
ꝙ maior est insufficiēs. qꝛ licet aliq̄d nō inue
niat expsse in sacra scriptura. vel in articulis
fidei. vel in dictis sanctoꝝ. si tamē est ꝑ eccle/
siā romanā determinatū. tūc nulli licet tenere
oppositū. Multa em̄ sunt ab eccl'ia determi/
nata q̄ alias nō inueniunt expssa. a quibꝫ dis
sentire nō carerꝫ errore. Propter qđ ait augu
stinꝰ in libro de moribꝫ manicheoꝝ. Euāge/
lio nō crederē nisi ab eccl'ia esset approbatū.
¶ Etiā falsū assumūt. qꝛ sancti sepiꝰ faciunt
mentionē de charactere. Qꝛ beatꝰ augꝰ. expsse
ponit characterē i lib. đ baptismo ꝑuuloꝝ di
cens. Character dn̄icꝰ cū ouis errās ad xpia
nā vnitatē rediēs ab errore liberat agnoscit n̄
imꝓbat. Et eodē lib. ait augꝰ. characterē mlꝰ
ti lupi imprimūt q̄ vident esse oues. verūtn̄ ad
ouile dn̄i n̄ ꝑtinere moꝝ suoꝝ fructibꝫ agno/
scunt. ¶ Itē mgr̄ sniaꝝ i ista p̄senti dist.c.i.
ex dictꝫ augu. acceptꝫ de libro ꝯ maximinū cō
cludit sic dicēs. Ex his apte colligit. ꝙ q̄ etiā
ab hereticis baptizati sunt ꝟuato charactere
xpi rebaptizandi nō sunt. ¶ Ad dictū augu.

qd̄ isti ꝑ se adducūt dicendū est ꝙ augustin⁹ p rē sacri intelligit gratiā dei ⁊ remissionē pec/ catoꝝ. q̄ nō recipit fict⁹ nisi cessante fictione. qua cessante imediate est p ipm characterem quē in baptismo recepit sufficiētei dispositus ad p̄dictoꝝ receptōeꝝ. ¶ Quo ad secūdā in q̄ sitionē isti⁹ p̄mi articuli p̄mo pono ꝛclusionē quā intēdo tenere ¶ Scō̄o plures opiniōes oppositas illi ꝛclusioni adducā cū suis moti uis ⁊ ipis rn̄deo. ¶ Cōclusio est hec ꝙ cha/ racter p se dicit rē absolutā reducibilē ad pri/ mas duas species qualitatis ¶ Hec ꝛclusio virtualiter cōprehēdit tres ꝛclusiōes ¶ Pri ma est ꝙ character dicit entitatē absolutam. Et hāc ꝑbo sic. Illud qd̄ imediate terminat actionē realē de necessitate est ens absolutū. sz character imediate terminat actionē realem. Maior patet. v. et. vij. phisi. Minorē ꝑbo. qz virt⁹ diuina agit actōne reali in aāz cuius libet hois qui vere baptizat. sz in eo q̄ ficte ac cedit talis actō nullū habet terminū nisi cha racterē. vt patet ex p̄dictis. ḡ ⁊c. ¶ Sz cōtra istudj sunt multi q̄ ponūt ꝙ character forma liter sit q̄dā respect⁹. Quia illud qd̄ est essenti aliter signū h̄ formaliter est respect⁹. sz chara/ cter est essentialiter signū. qz signū ponit p ge nere i sua diffinitōe. Maior patet. qz signuz relatiue dicit ad signatuz. Minor etiā patet p dyonisiuz in de ecclesiastica hierachia. vbi ex ꝓbis ei⁹ trahit ista diffinitō. Character est si gnū sanctū cōmunionis fidei ⁊ sacre ordina/ tionis traditū a hierarchia accēdenti. ¶ P. omē accidēs absolutū est delibile a sbiecto. sz character nō est delibilis Maior patet. qz ac cidēs est qd̄ adest ⁊ abest p̄ter sbiecti corrupti onē. Minor etiā est nota p̄m omēs q̄ loquūt de characterē. ¶ P. illud qd̄ est signū distin/ ctiuū ⁊ ꝛfigurātiuū h̄ formaliter dicit respe/ ctū. sz character est hmōi. qz character bapti/ zat⁹ ꝛfigurat ⁊ assimilat baptizato. ⁊ distin/ guit a nō baptizato. ¶ Ite isti doctores. iu/ xta alia sua principia respōderent ad rationē factā p ꝛclusione negādo maiorē. qz vt ipi di cunt respect⁹ extrinsec⁹ adueniens pt esse ime diat⁹ termin⁹ mot⁹ ⁊ actōis. qz vbi dicit for/ maliter respectū ex corpe circūscribente de reli/ ctū in corpe circūscripto. ⁊ tamē est imediat⁹ termin⁹ mot⁹ localis. Sz character est respe ctus extrinsec⁹ adueniēs. qz nō sequit naturā fundamēti sui. sed inducit seu inn ascit ex acti one dei. ergo ⁊c. ¶ Sz ista opinio nō videt esse vera. vt patebit in seqnti ꝛclusione. Ergo ad primū dicendū ꝙ character p̄t dupliciter ꝛsiderari. Uno modo q̄ztū ad illud qd̄ nōie characteris importat quidditatiue. puta qd̄ est de suo primario intellectu. Alio modo cō/ notatiue. puta q̄ztū ad illud qd̄ est d̄ suo coni tellectu. Primo mō character dicit rē absoluta. Secūdo modo dicit nō solū vnū respectū sz plures respect⁹. puta respectū signi: qz signi ficat gratiā. respectū ꝛfigurationi in q̄ztū ꝛfigu rat baptizatū baptizato. ⁊ respectū distinctiū in quantū distinguit baptizatū a nō bapti zato. ꝛfirmatū a nō ꝛfirmato. ⁊ ordinatuz a nō ordinato ¶ Ad formā igit argumēti dicē dum ꝙ minorē falsa. qz character nō est essen tialiter signū sz solū ꝛnotanter. Ad ꝑbationē dicēdū est ꝙ signū nō est genus characteris. Est em̄ illa diffinitio data p additamēta. sicē sep⁹ solēt dari diffinitōes accidētū. Un̄ li si/ gnū ꝑprie nō est gen⁹ characteꝛs. q̄ztuis possit dici gen⁹ illi⁹ relatōis quā fundat ipe chara/ cter. ¶ Forte dicet si character isto modo di/ cit absolutū ⁊ respectū. tūc videt esse ens p ac/ cidens. qz illud qd̄ dicit res diuersoꝝ p̄dica/ mentoꝝ. h̄ est ens p accidēs. vt patet. iij. me/ thaphi. ¶ Rn̄deo ꝙ character nō dicit ꝑpe loquēdo absolutū ⁊ respectū. sz dicit absolu/ tum sub respectu. ita ꝙ nō dicit hoc ⁊ hoc. sed dicit hoc sub hoc. Sicut em̄ scientia dicit ve ram rē absolutā. ⁊ tamē ita ꝛcernit respectum ad scibile. ꝙ nec potest esse nec cōcipi sine illo respectu. ⁊ nihilomin⁹ nō est ens per accidēs. quia nō dicit absolutū ⁊ respectū formaliter ⁊ quidditatiue. sed poti⁹ dicit absolutū sub re/ spectu ipm inseparabiliter ꝛnotando ⁊ ꝛcernen do. sic in ꝓposito ⁊c. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ maior nō est vera loquēdo de natura rei. qz multa sunt accidētia q̄ naturaliter nunq̄z delē tur de suis subiectis. Si aūt loqueris de potē tia dei. tūc plane ꝛcedo ꝙ character est delibi/ lis. qz deus posset omnē characterē delere quā do sibi placeret. De ista tamē indelibilitate in fra magis patebit. ¶ Est etiā ista ratio ꝛtra faciētes eā. Quia dato ꝙ character esset respe/ ctus. tamē ꝑpter h̄ nō esset min⁹ delibilis. q̄z si esset ens absolutū. cū respectiua entia nō sint magis permanētia q̄z absoluta. ¶ Ad terciū patet. qz illos respect⁹ fundat ipe character. et nō dicit eos principaliter ⁊ formaliter sz solū ꝛnotanter. Sicut em̄ per albedinē aliquis est similis albo ⁊ dissimilis nigro. ⁊ tamē ꝑpter h̄ ipa albedo nō est formaliter ipa similitudo. sic p characterē baptizat⁹ assimilat seu ꝛfigurat baptizato. ⁊ dissimilat ñ baptizato. tm̄ ꝑpt h̄ character nō est ipa relatio seu respect⁹. sed est

Inq̄sitō se cunda.

Cōclusio prima.

Ratio.

Opio anti q ⁊ scot⁹ tenet eā.

1

2

3

4

Solutio Ad. 1.

Instantia

Solutio.

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4. ſpm fundamentū hmōi reſpect⁹. ¶ Ad quartū dicendū cū dicūt q reſpect⁹ extrinſec⁹ adueniens ꝛc. iſta ꝑt negari. Ad ꝓbationē dicēdū q vbi nō dicit mere reſpectū. ſicut nec alia ſex principia. Nullū em̄ ꝑdicamentū dicit mere reſpectū niſi ſolū ꝑdicamentū relationis. Tria em̄ ſunt ꝑdicamēta dicēta entitatē abſolutā ſcilicet ſubſtātia. q̄ntitas. ꝛ q̄litas. vnū dicēs reſpectū. ſ. ad aliq̄d. ſeu relatio. cetera vero ſex ꝑdicamenta dicūt abſolutū ſub reſpectu. hoc eſt abſolutū cū ꝛnotatōe reſpect⁹. a qua ꝛnotatione etiā ꝑ intellectū nequaq̄ poſſunt abſolui. In ceteris etiā ꝑdicamētis abſolutē puta ſubſtātia q̄ntitate qualitate ſepe inueniunt hmōi ꝛnotatōes. licet hmōi ꝛnotatio nō ſequat totū ꝑdicamentū ſeu vniuerſalē rationē ipius ꝑdicamenti. ſicut in iſtis ſex videmus.

Cōcluſio ſecunda. ¶ Cōcluſio ſecūda eſt q character dicit entitatē abſolutā ꝛ ꝑdicamēto qualitatis. Qz ꝑ prīū fundamentū ſilitudinis eſt ꝛ ꝑdicamēto qualitatis. ſz entitas characteris vere ꝛ ꝑ prie fundat ſimilitudinē. Maior patet in ꝑdicamētis. vbi dicit. q ꝓprīū eſt qualitat⁹ ſm eā ſimile vel diſſimile dici. Et. v. methaphi. dicit. q vnū qualitate ē ſimilitudo. Minor etiā patet. qz ꝑ characterē baptizat⁹ aſſimilat baptizato. ¶ Forte dicet ꝛtra iſtud ſic. Omne exiſtēs in aliquo genere oportet q ſit ī aliqua ſpecie illi⁹ generis. ſz character vt aliq̄ ꝓbant in nulla ſpecie qualitatis eſt. ḡ ꝛc. Maior nota eſt. Probat minor. Nō em̄ ꝑt eſſe in ꝓma ſpecie. Quia nec eſt diſpoſitio. cū diſpoſitō ſit ꝛ facili mobilis. character ꝓo eſt indelibilis. nec habit⁹. qz omis habit⁹ vel eſt naturalis. vel intellectualis. vel moralis. Sz character nec eſt habit⁹ naturalis. cū nō inſit ꝑ naturā nec inſit omib⁹ hoib⁹. Nec intellectualis. cū nō ſit habit⁹ cognitiu⁹. Nec moralis: qz oīs habit⁹ moralis vel facit opationē hoīs eſſe bonā. vel malā. ſz character nec facit opationez eſſe malā. cū ipe maneat in bonis homib⁹ cū grā ꝛ charitate. nec facit opationē eſſe bonaz. cū maneat in mortali peccatore ¶ Nec ꝑt eſſe ī ſecūda ſpecie. cū nec ſit naturalis potētia nec impotētia. ſz ſit donū dei ſupnaturale ¶ Nec in tercia ſpecie: qz nec eſt paſſio nec paſſibilis qualitas. Paſſio quidē non eſt. qz paſſiones pinēt ad partē ſenſitiuā. vt dicit. vij. phiſic. Paſſiones etiā anime ꝛtingūt cū quadā trāſmutatōe corpali. vt dicit. iiij. ethico. ſz character nec pertinet ad partē ſenſitiuā. nec fit cuz corpali trāſmutatōne. Etiā paſſibilis q̄litas nō ꝑt dici. qz character illi ſenſui ingerit paſſionē. ſicut faciūt paſſibiles q̄litates ¶ Nec ꝑt poni in q̄rta ſpecie. cū nō ſit corpalis figura ſeu forma. ¶ Ad tollendū igit hāc inſtantiā. pono ꝑ tercia cōcluſione. q character baptiſmi reducit ad primā ſpeciē qualitat⁹. character vero ꝛfirmatōis ꝛ character ordinis reducunt ad ſecundā ſpeciē qualitatis. ¶ Primā partē iſti⁹ ꝛcluſionis ꝓbo ſic Illud qd eſt realis ꝛ imediata ac ſufficiēs diſpoſitō ad habitū grē. h̄ eſt in ꝓma ſpecie qualitatis. character baptiſmalis eſt realis imediata ꝛ ſufficiens diſpoſitio ad gratiā. niſi baptizat⁹ voluntarie ponat obicē. ḡ ꝛc. Maior patet. qz imediata diſpoſitio ad habitū ꝛ ꝓma ſpecie qualitatis eſt ī prima ſpecie qualitatis. ſz grā gratumfaciēs eſt habit⁹ ꝛ ꝓma ſpecie qualitatis Minor patet ex p̄cedentib⁹. ¶ Ad inſtantiam qua dicūt doctores ꝑdicti q diſpoſitō eſt ꝛ facili mobilis ꝛc. dico q ꝛ diſpoſitōne poſſum⁹ dupliciter loq̄. Uno mō vt diſpoſitio eſt realitas ipi⁹ habit⁹ imperfecta tendēs ad perfectionē. ſicut imperfecta grāmatica p̄cedit via generatōnis grāmaticā perfectā. Alio modo accipit diſpoſitio ꝓut aliq̄s habit⁹ ſtabilis et perfect⁹ in ſua ſpecie diſponit ꝛ ꝓparat aīam ad aliū habitū perfectionis ſpeciei. ſicut videmus in moralib⁹ q liberalitas diſponit ad magnificentiā. Et iſto ſecūdo modo character dicit diſpoſitio. Inſtantia aūt p̄cedit ꝛ ꝓmo modo. ideo nō eſt ad ꝓpoſitū. ¶ Ad illud ꝛ habitu dico. q aliq̄ habit⁹ ſunt illi⁹ ꝛditōis q q̄uis ſint ſtabiles ꝛ ꝑmanētes ac ī ſua ſpecie perfecti. tm̄ nō ſufficiūt ad operari ꝑ ſe niſi req̄ſito quodā alio. Quāuis em̄ lumen ꝛnatū ſeu ꝛnaturale oculo ipi⁹ aquile ſit quidā habit⁹ naturalis perfect⁹ in ſua ſpecie. tm̄ illud lumē nō ſufficit aquile ad hoc vt videat ſine exteriori lumine. Sic in ꝓpoſito quāuis character baptiſmi ſit quidā habit⁹ indelibilis. tm̄ non ſufficit homini ad bene ꝛ meritorie operari ſine grā dei ad quā diſponit. ¶ Secūdaz ꝑtē ꝛcluſionis ꝓbo ſic. Illud qd eſt ꝑtās a deo tradita ad principandū ſpūales operatōes. h̄ videtur pinere ad ſecundā ſpeciē qualitatis. ſed character tradit⁹ in ſacramēto ꝛfirmatōis et ordinis eſt hmōi. ḡ ꝛc. Maior patz. qz ſicut virtutes ſupnaturaliter infuſe ſunt eiuſdē ſpeciei ſubalterne cū habitib⁹ naturalib⁹ ꝛ acq̄ſitis. puta ſunt ꝛ prima ſpecie qualitatis. ſic ꝑtās ſupnaturaliter infuſa eſt eiuſdez ſpeciei cū ꝑtāte ſeu potētia naturali. ¶ Forte dicet q naturale ꝛ ſupnaturale neceſſario differūt ſpecie. ¶ Reſpondeo poſito q differant ſpecie

Tercia cōcluſio.

Prima pꝛ ꝛcluſionis ꝓbat.

Solutio inſtantie.

Altera pꝛ ꝛcluſionis ꝓbatur

Inſtantia

Soluto.

Ad. 4. Cōcluſio ſecunda. Inſtantia

specialissima. cōuenire tamē poterūt in specie sbalterna. Isti aūt quattuor modi ipsi⁹ qlitatis assignati p arestotelē nō sunt species specialissime sz port⁹ sbalterne. ¶ Minorē pbo. q: vt cōmuniter cōcedūt doctores character ꝛfirmatōis tradit homini tanq̄ quedā prās ad fidei defensionē. sz character ordinis traditur tanq̄ prās ad fidelū multiplicationem.

¶ Ad instantiā superi⁹ factā cōtra hāc partē ꝛclusionis patet p ea q̄ iā dicta sunt i pbatōe maioris. ¶ Sz ꝛtra istā terciā ꝛclusionē sūt multe opiniones. Quidā em̄ dicunt q̄ q̄zuis character sit de genere qualitatis. tm̄ in nulla istaꝝ specieꝝ est. sz quintā ponūt speciē in qua collocāt characterē ¶ Nec istud vt dicūt est ꝛtra intentōez aresto. q: ipemet in lib. pdicamentoꝝ. ca. de qualitate. postq̄ enumerauit istas q̄tuor species q̄litatis sbdit dicēs. Fortassis ⁊ alij apparebunt pter hos q̄ dicti sunt q̄litatis modi ¶ Sz istud nō valet. q: dato q̄ alij modi possint apparere. tm̄ nōdū apparuerūt. ¶ Etiā frustra ppter characterē fingerēt quīta species qualitatis. cū character sufficienter possit reduci ad istas species q̄s posuit arestoteles ¶ Alij dicūt q̄ pertinet ad terciā specē qualitatis. q: vt ipi dicūt character est q̄dā passibilis q̄litas. ¶ Et si dicit istis q̄ passibilis qualitas est apta nata passionē inferre sensui. character aūt nō est sensibilis. ¶ Respondēt q̄ sicut character est passibilis q̄litas spūalis. sic etiā infert passionē spūalem. ⁊ si ñ sensui hūano. tm̄ sensui angelico. Infert em̄ intellectui angelico cognitionē seu intellectōez q̄ est q̄dā pati. vt patet. iij. de aīa. ¶ Sz nec istud valet. q: si ppt causare obiectiue cognitionē i angelico intellectu aliq̄d esset passibil' qualitas. tūc omne illud q̄d intellect⁹ angelic⁹ cognosceret esset passibilis q̄litas. ⁊ p ꝛsequens tā de⁹ q̄z creatura siue sit substātia siue accides essent de tercia specie q̄litatis. eo q̄ vt cognite sunt ab intellectu angelico essent passibiles q̄litates. ¶ Alij dicūt q̄ character sit de quarta specie qualitatis. q: character vt dicūt est quedā spūalis figura. ¶ Sz nec istud est bene dictū. Quia character nō dicit figura proprie sz solū metaphorice. Impossibile em̄ est figurā ppie dictā esse vel intelligi sine q̄zuita te corpali. character aūt nō fundat in aliqua corpali q̄zuitate. Sz nulla res reponit i genere vl in specie p illud q̄d metaphorice dicit d̄ ea. alias ꝓps esset in specie leonis. agni. vel lapidis. cū metaphorice dicat leo. agn⁹. ⁊ lapis angularis. ¶ Tercio vt dixi in isto primo articulo videndū est de characterе ppter q̄d sit.

Opio prima ꝛ tercia ꝛclusionem.

Cōtra opinionem.

Opio secūda.

Instantia

Solutio

Contra.

Opio tercia.

Cōtra opinionem.

Inquisitō tercia.

¶ Ubi ceteris ptermissis tres possumus assignare causas seu vtilitates baptismalis characteris. ¶ Primo em̄ dat nobis character ppter dispositionē. Secūdo ppter assimilationē. Et tercio ppter distinctōez. Nā character disponit ad gratiā. assimilat fidelē fideli. seu baptizatuz baptizato. ⁊ distinguit fidelē ab infideli. seu baptizatū a nō baptizato. ¶ Sz ꝛtra assimilationē pdictā dicūt quidā q̄ character nō sit act⁹ assimilatiu⁹. q: si characteri cōpeteret assimilare. tūc maxime deberet hoīem deo assimilare a q̄ imprimit ipi homini. sed h̄ nō facit. Quia illud nō facit ad similitudinē q̄d cōpatit secū maximā dissimilitudinē. sed character cōpatit secū mortale peccatū. p q̄d homo maxie efficit dissimilis ipi deo ¶ Respondeo q̄ pter similitudinē creatōnis. iuxta quā dixit deus. Faciam⁹ hoīem ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā. possum⁹ adhuc triplicē similitudinē hois ad deū attēdere q̄zū ad aīe recreatōez. Quaꝝ prima pt dici similitudo perfecta. alia sufficiēs. ⁊ tercia ad sufficientiā disponēs. Prima habet esse in patria p gloriaz. Secūda in via p gratiā. Et tercia p ipm characterē. Prima p tanto dicit pfecta. q: excludit dissimilitudinē nō solū culpe sz etiā miserie. Secūda nō est pfecta q̄zuis sit ad salutez sufficiens. q: q̄zuis excludat dissimilitudinē culpe. tamē admittit dissimilitudinē miserie. Tercia nec est pfecta nec sufficiēs. licet q̄zū d̄ se est ad sufficientiā sit disponēs. q: p necessitate sui esse nec excludit dissimilitudinē culpe nec miserie ¶ Habēs igit characterē est similis deo. habēs gratiā similior. sz habēs gloriam deo similim⁹ dici debet. Tāta est em̄ i gloria beatoꝝ similitudo cū ipo deo. q̄ quilibet beatus q̄si i ipm deū videt trāsformari. iuxta q̄d ait ap'lus. Nos aūt reuelata facie gloriā dn̄i speculātes in eandē imaginē trāsformamur a claritate in claritatē. Et beat⁹ iohānes prima sua canonica ait Filij dei sum⁹. sz nōdū apparuit q̄d erim⁹. scim⁹ aūt q̄ cū apparuerit gloria ei⁹. similes ei erim⁹: q̄m videbim⁹ eū sicuti ē.

Instantia quorundā

Solutio.

Quātum ad secundū articulū sic pcedā.

Primo ponā vnā ꝛclusionē. Secō adducā aliq̄s instātias recitando oppositas opiniones. ¶ Cōclusio est. q̄ character baptismalis subiectiue est in ipa essentia aīe. Quia q̄n̄ due qualitates sic se habent q̄ vna imediate disponit ad alteram. ille

Articulus secund⁹

Cōclusio.

sunt in eodē sbiecto. sz character ĩmediate dispōnit ad grāz q̃ ĩmediate fundat in essentia aīe. g̃ character baptismalis subiectiue erit in essentia aīe. ¶ Forte dicet q̃ maior nō sit ꝟa. qz fides q̃ est i intellectu disponit ad dilectionē q̃ est i ipa volūtate. g̃ ꝛc. ¶ Itē egomet dixi superi⁹ q̃ ordinatū rationis iudiciū facit ad ordinatā volitionē. ¶ P. ꝯtra primā ptē minoris ꝑt argui sic. Entitas respectiua nō ē dispositiua. sz vt magni doctores dicūt charactēr dicit entitatē respectiuā. Maior patz. qz illud qd̄ disponit. h̄ ꝑm ppriā suā rōez habet esse. sz respect⁹ ꝑm suā ppriā rationē habz ad aliud esse. Minorē ꝓbat quidā doctor a sili qz p characterē aīa ꝯsecrat deo ꝛ efficit tēplū dei. Sicut igit ecclia material qñ ꝯsecrat nō acq̃rit aliqd̄ absolutū sz solū rspectū ad sacros vsus fundatū sup actu ꝯsecratōis ĩmediate. sic ex eo q̃ aīa deo ꝯsecrat in baptismo nō acq̃rit aliqd̄ nisi quendā respectū ad ipm deū fundatū ĩmediate sup actu baptizādi seu sup ipsa baptizatōne. ¶ Et si dicit istis q̃ respect⁹ nō manet nisi manēte ꝓximo ꝛ ĩmediato fundamēto. sz act⁹ baptizatōis trāsit. g̃ nō maneret character. ¶ Ipi dicūt q̃ iste respect⁹ non fundat sup actu ꝑdicto vt ꝑsens est. sz vt ꝑterit⁹ est. Sicut paternitas nō fundat sup generare vt ꝑsens est. sz sup genuisse. Et qz act⁹ ꝑterit⁹ semp est ꝑterit⁹. ideo rōne primi fundamēti character est indelibilis. ¶ P. cōtra secūdā ptē minoris sunt omēes illi q̃ ponūt q̃ grā sit ĩmediate ĩ potētia aīe. Quorū motiua cū rnsis datis ad ea reōre superi⁹ dist. ij. q. ij. arti. ij. ꝯclusione secūda ¶ P. ꝯtra ꝯclusionē in se sunt aliq̃ solēnes doctores q̃ ponunt characterē baptismalē ꝓmo ꝛ ĩmediate esse in intellectu. Qd̄ ꝓbāt sic. Imago ꝓncipaliter cōsistit in potētia cognitiua. g̃ character principaliter habet esse in pte intellectiua siue intellectu. Antecedēs ꝓbant. qz tota imago habet esse in pte intellectiua sicut in radice. nā volūtas orit ex memoria ꝛ intellectu. Cōsequētia etiā ꝓbari ꝑt ex dictis coz sic. Quia omē illd̄ qd̄ attribuit homini rōne imaginis h̄ ĩmediate habet esse in illa potētia in q̃ principaliter ꝯsistit imago. sz character principaliter debet homini rationē imaginis. qz character ꝯfigurat trinitatē creatā trinitati increate. ¶ P. ꝯ istā ꝯclusionē sunt aliq̃ ponētes characterē esse in volūtate sicut in subiecto ꝓximo ꝛ ĩmediato. qz vt ipi dicūt dispositio est in eodē sbiecto cū pfectōe ad quā disponit. sz character est dispositio ad grāz q̃ est subiectiue ĩ volūtate. cū sit realiter idē cū charitate q̃ est ĩmediata pfectio volūtatis. ¶ Ad primū dicendū q̃ licet fides sit dispositō ad dilectionē. tm nō est dispositio ĩmediata. qz nō disponit sbiectū dilectōis nisi mediāte subiecto cognitionis sz maior mea ꝓcedit de dispositōe ĩmediata. ¶ Et p idē patet q̃d sit dicendū ad scōm. ¶ Ad terciū nego minorē. Ad ꝓbationē dicendū q̃ nō est simile ĩ ꝓposito. qz ecclia ñ est capax grē sicut est aīa rōnalis. ideo nō est necesse vt in ꝯsecratōe sibi infundat aliq̃ absoluta qualitas q̃ ipam disponat ad receptionē grē sicut indiget ipa aīa rōnalis ¶ Patz etiā ex alio q̃ nō est simile. nec ad ꝓpositū. Quia violata ecclia tollit ille respect⁹ ad vsus sacros. violato vero tēplo dei qd̄ est aīa p mortale peccatū q̃tūcunq̃ enorme. semp tm manet character. ¶ Etiā nō valet rnsio ad instantiā. qz respect⁹ nō ꝑt esse maioris entitatis q̃z suū fundamentū. sz act⁹ vt ꝑterit⁹ est nō dicit aliq̃m realē entitatē. g̃ character nihil esset nec diceret aliquā realē entitatē. ¶ Et cū dicit q̃ paternitas fundat sup genuisse. nego. qz paternitas fundat sup potētia generatiua qua gignens genuit. ¶ Ad quartū patet ex dictis in dist. ij. ¶ Ad quintū nego antecedēs. qz ĩ potētia dignioꝛi ipius aīe principali⁹ ꝯsistit imago sanctissime ac dignissime trinitatis. sz voluntas est dignior ꝛ nobilior intellectu. vt intēdo ꝓbare infra dist. xlix. ¶ Ad ꝓbatōez dicēdū q̃ accipiēdo partē intellectiuā p ipso intellectu. tūc assumpta ꝓpositio est falsa. qz tota imago est in essentia aīe sicut in radice. ꝛ nō in intellectu vt isti assumūt. Ibi em̄ sunt ꝑtes imaginis sicut in radice vnde oriunt. sz ab essentia oriunt tanq̃z ꝓpria accidētia de sbiecto. sic etiā isti doctores alibi ponūt. ¶ Nec etiā volūtas orit ab intellectu vel memoria. vt isti assumūt. sz tā intellect⁹ q̃z volūtas amb oriunt ab essentia aīe. licet origine ĩtellect⁹ ꝓcedat volūtatē. Nec h̄ derogat pfectōi volūtatis. sz magz attestat. qz q̃ sunt prioꝛa generatōe sunt posterioꝛa pfectōe. vt patet. ix. metaphisi. ¶ Ad sextū nego minorē q̃tū ad h̄ q̃ dicūt grāz esse ĩ volūtate. causa negatōis patuit supra dist. ij. ¶ Ad ꝓbatōez dicendū q̃ grā non est idē qd̄ charitas. vt ꝓbatū est libro. ij. dist. xxvi.

Instantia 1 2 3 4 5 6

Instantia

Solutio

Tho. liij. sniarꝝ dist. iiij. ꝛ pe. distincti. v.

Scotus dist. vi.

Solutio Ad. 1.

Ad. 2. Ad. 3.

Ad. 4. Ad. 5.

Ad. 6.

Quantū ad terciū

Articulus tercius.

articulū pono duas ꝯclusiones ¶ Prima est q̃ character ꝓductiue ē a solo deo Qz termin⁹

Cōclusio prima.

creatōnis a solo deo pt poni in esse pductiue. vt patuit superi⁹ dist. i. sz character est terminus creatōnis. vt declarau superius dist. ij.

Secunda ꝛclusio ¶ Cōclusio secūda est. q̃ dispositiue causat a sacris q̃ nō licet iterari. q̃ sunt baptism⁹: ꝛfirmatio: z ordo. Qz exq̃ talia sacra nō debēt iterari. ordinauit diuia clemētia vt effectū stabilē z indelibilē habrāt in ipa aia. Hic aūt effectus nō pt eis cōpetere pductiue z pncipaliť. q̃ cōpetit eis dispositiue z instrumētaliter.

Articulus quartus. # Quātū ad quartuz

articulū est aduertēdū q̃ triplex est baptism⁹ scilicet flamis: sanguinis: z fluminis. Et fm hc possunt poni tres ꝛclusiones ¶ Prima est q̃ puer in vtero matris pt baptizari baptismo flaminis. Qz p quacūq̃z mēsura duratōis fetus human⁹ habet animā rōnalē q̃ est capax grē spūssancti. p eadē mēsura duratōis pt baptizari baptismo flamis. sz puer anteqz sit natus extra vterz habet aiaz rōnalez q̃ est capax grē spūssancti. q̃ z c. ¶ Sz ꝛtra istud sunt q̃dā doctores dicētes q̃ puer non pt baptizari baptismo flamis. eo q̃ nō possit hre vsuz liberi arbitrij. q̃ vt dicūt necessario reqrit ad hoc q̃ q̃s baptizet baptismo flamis. q̃ z c. ¶ Propter qd est aduertēdū q̃ duplicit pt q̃s baptizari baptismo flamis. Uno mō cū verā z sufficientē habet ꝛtritionē de oīb⁹ peccatis suis. Alio modo cū ad liberalē infusionē spūssancti peccatū originale alicui dimittit. z p collationē grē aia ei⁹ sanctificat. Primo modo requirit vsus liberi arbitrij. sz nō secūdo modo sicut patet de hieremia. de iohāne baptista. et de virgine gl'iosa. q̃ ante fuerūt sanctificati qz nati. ¶ Patet igit q̃ dictū istoz doctoz ē insufficiēs. z peccat per fallaciā ꝛseqntis. qz pcedit a destructōe inferioris ad destructōez superioris ¶ Secūda ꝛclusio est q̃ puul⁹ adhuc existēs in vtero mris pt baptizari baptismo sanguinis. Quia q̃ mortē patit rōne fidei catholice. dato q̃ nō sit baptizat⁹ baptismo fluminis. pie tm credendū est q̃ baptizet baptismo sanguis. Sz paruul⁹ existēs i vtero pt occidi rōne fidei catholice. qz heretici z infideles possent extinguere fetū anteqz nasceret. ne ppls xpian⁹ multiplicaret. q̃ z c. ¶ Forte dicet q̃ maior istī⁹ rōnis solū tenet qn aliq̃s voluntarie patit mortē in obsequiū fidei. sz i talib⁹ puulis nō est aliq̃d de volūtario. cū ipi nō habrāt vsuz liberi arbitrij ¶ Ñdeo q̃ q̃z uis in illo qui habet vsum liberi arbitrij requirat actualis ꝛsensus volūtatis in ipaz passionez ad hc vt martirij coronā recipiat. tm hc in puulis nō requirit. alias infantes occisi ab herode nō deberent p martirib⁹ coli. Ulm puto saluo tm semper meliori iudicio. q̃ ad hc vt aliq̃s coronā martirij i vita beata recipiat. nō reqritur vt in hora passionis habeat actualez motū volūtatis. qz tunc si aliq̃s bon⁹ homo dormiēs occideret ab infidelib⁹ p fide xpi. ille nō pcipet coronā martirij. cui⁹ oppositū pie credendū est. Ad hc q̃ vt aliq̃s vere putet martir xpi. nō est tm respiciendū ad actū voluntatis quē habet i hora passionis. nec ad mortē quā patit. sed ad causaz mortis p q̃ patit. puta si patit ppter fidē ¶ Forte dicet q̃ exēpla quib⁹ me iuuo i ppositō nō sunt ad ppositū. qz infantes occisi ab herode fuerūt innocētes. qz p circūcisionē purgati fuerūt ab originali peccato. Etiā iste q̃ dormiēs occideret pūsupponitur esse bon⁹ hō. Sz infans i vtero materno est infect⁹ originali peccato. ¶ Ñdeo q̃ pie credendū est talē infantē q̃ rōne fidei catholice i mris vtero occideret purgari a deo baptismo flamis anteqz ab hac vita decederet p baptismū sanguinis ¶ Etiā est possibile q̃ multi de infantib⁹ ab herode occisi nō fuerint circūcisi. eo q̃ puer fm legē octauo die a primo circūcidebat. z tm omes illi pueri sunt vi martires coram deo. ¶ Conclusio tercia est q̃ puer manēs i materno vtero ñ pt baptizari baptismo flumis. Quia q̃ p ministrz baptismi flumine nō pt attingi ille nō pt baptismo flumis baptizari. sz puer manēs i mrno vtero a ministro baptismi flumine nō pt attingi. ¶ Isidor⁹ in lib. de sūmo bono ait. Qui nat⁹ nō est ille renasci nō pt. ¶ Itē augustin⁹. Quādiu puul⁹ ad maternū vterz ptinet baptizari nō pt. ¶ Itē augustin⁹. Sicut q̃ nō vixit ñ pt mori. ita q̃ nat⁹ nō fuerit nō potest renasci ¶ Istā etiā ꝛclusionē quidā doctores pbāt q̃z uis imptinēti medio. Arguūt em sic. Quādiu aliq̃d est ꝛiunctū cause sue corruptōis. tādiu curari seu mūdari nō pt. sz puer q̃z diu est i vtero mris tādiu est ꝛiunct⁹ cause sue corruptōis. q̃ z c. ¶ Quāuis ꝛclusio sit ꝛa. tm ista ratio est invalida. Nā si ista ratio esset sufficiens. tūc q̃z diu aia maneret i ppio corpe. tamdiu nō posset a peccato mūdari. qz caro ppria est immediata causa infectōis aie q̃ infundit tali carni. mater em nō est causa infectōis aie ipsi⁹ paruuli. nisi mediāte corpe qd accipit paruul⁹ a mre. Cōsequētia patet. quia q̃z diu aia manet in ppio corpe. tādiu manet cōiuncta

Secunda ꝛclusio

Conclusio prima

Cōtra cōclusionē.

Nota.

Cōclusio secunda.

Instantia

Solutio

Instantia

Solutio.

Tercia cōclusio.

1

2

3

4

Ratio nō ꝛcludens.

Cōtra rationē.

1

2 cause sue corruptōis. ¶ P. originale peccatū
trāsfundit p patrē in prolē p se loquendo. q̄ si
aliud nō obstat ꝯiunctio ad matrē nō ipedit
quin puer possit ab originali mūdari. Ante/
cedēs patet. qz ppter h̄ dicūt doctores cōmu
niter q̄ postq̄z eua peccauit. si adā nō peccasset
set⁹ nō ꝯtraxisset originale peccatū ppter mū
3 diciā paterni seminis. ¶ P. si puer ꝯiunctus
matri non posset ab originali peccato curari.
tūc nullꝰ posset in vtero sanctificari. cuiꝰ op/
4 positū patet de iohāne Luc. i. ¶ P. effectꝰ grē
non respicit suū susceptiuū vt loco distinctū.
sz vt supposito distinctū a principio sue corru/
ptionis. sz licet puer in vtero nō sit a mre di/
stinctus localiter. tamē est ab ea distinctꝰ rea
Instantia liter z suppositaliter. ergo zc. ¶ Ex dictis ali
1 quoz doctoz pt argui ꝯtra istā ꝯclusionē sic
Quādiu puer est in vtero. tūc mater videt es
se q̄si q̄dā radix. cuiꝰ radicis puer pt dici ramu
seulꝰ. Sz ad Ro. xi. ait apls. si radix sancta z
rami. ergo si mater sanctificat baptismo flu/
2 minis. videt q̄ z puer sanctificet ¶ P. nō est
maioris efficacie peccatū ade in maculādo q̄z
gratia baptismalis i sanctificādo z a peccato
mundādo. sz peccatū ade ificit paruulū i vte/
ro. vt patet ad Ro. v. ergo gratia baptismal'
3 potest eū mūdare in vtero. ¶ P. pnioz est de
us ad miserendū q̄z ad ꝯdemnandū. sz ex cō/
demnatōne dei trāsit peccatū originale in par
uulū adhuc existentē in vtero. ergo ex dei mi/
seratōne etiā debet medicina in ipm transire.
4 ¶ P. paruulꝰ in vtero est susceptiuꝰ culpe ori
ginalis. ergo est susceptiuꝰ gratie baptismal'.
Antecedēs patet ex pdictis. Probatio ꝯseq̄n
tie. qz culpa originalis z grā baptismalis sūt
opposita. sz opposita apta nata sunt fieri cir/
5 ca idē. ¶ P. sicut penitētia est remediū cōtra
peccatū adultoz. ita baptismꝰ ꝯtra peccatum
paruuloz. sz nullus statꝰ adultoz excludit a
remedio penitentie. ergo a remedio baptismi
6 nullꝰ statꝰ puuloz debet excludi. ¶ P. nō mi
nus diuina puidētia subuenit homini q̄z tū
ad vitā spiritualē. q̄z q̄ntū ad vitā corporalē.
sed mediāte matre possunt paruulo existenti
in vtero ministrari necessaria quo ad vitā cor
poralē. ergo zc. ¶ P. si mlier pregnās manu/
7 mittit. hoc est libertati donat z a seruitute libe
ratur. tūc fm leges ciuiles puer liber nascit. er
go si mater a seruitute peccati per gratiā diui/
nā in baptismo liberat. puer liber a peccato na
scetur. Cōsequētia patz. qz fauorabilioz est li
bertas spūalis libertate corpali. z etiā clemen
tioz est lex diuina q̄z quecunq̄z lex humana.

¶ Ad primū dicendū q̄ apostolꝰ loquit ibi Solutio.
mystice. Sz fm dyonisiū mystica theologia Ad. 1.
nō est disputatiua. ¶ Etiā potest dici q̄ p ra
dice apostolꝰ intelligit rectā intentōē. per ra/
mos intelligi debēt cogitatōnes locutōnes z
operatōes. que omnia sancta esse dicunt si intē
tio sancta est. sicut patet ex glosa sup illo ꝗ̄ tu
euāgeliū. si oculꝰ tuꝰ simplex fuerit: totū corpꝰ
tuū lucidū erit ¶ Ad secundū dicendū q̄ pu Ad. 2.
er inficit in vtero peccato ade. z q̄ nō mundat
gratia baptismali loquēdo de baptismo flu/
minis. hoc nō est p tanto q̄ peccatū sit maio
ris efficacie q̄z gratia. sz p tanto q̄ instrumen
tū peccati ade puta ipa infecta caro i vtero at
tingit animā rationalē qua hmōi caro infor/
mat. sz ablutio seu sacramentū baptismi flu/
minis qd̄ est instrumentū quo grā baptisma
lis trāsfundit. nō pt attingere paruulū q̄diu
manet in vtero. ¶ Ad terciū dicendū q̄ licet Ad. 3.
deus q̄z tū est ex pte sui. pnioz sit ad miserēdū
q̄z ad ꝯdemnandū. tm q̄z diu paruulꝰ est i vte
ro nō est ita attingibilis ab instrumēto reme
dij. sic ab instrumēto morbi. ¶ Ad quartū Ad. 4.
nego ꝯsequentiā. Ad pbationē dicendū q̄ li
cet opposita apta nata sint fieri circa idem. tm
q̄n q̄z vnū oppositoz determinate respicit suū
subiectū. ita q̄ alteoz nō pt inesse tali subiecto
fm cōmunē cursuz. z h̄ vl' p semp vt calor re/
spicit ignē. vl' p tpe determinato sicut nō vi/
dere respicit canē ante nonū diē. nā fm natu/
ram videre nō pt cōpetere cani ante nonū diē.
Et isto sēdo modo culpa determinate respicit
aiaz puuli. q̄z diu manet i vtero. ita q̄ nō libe/
rat ab ea fm cursuz cōmunē. Et appello hic
cursuz cōmunē remediū a deo institutū p ba
ptismū fluminis. Et sic videm⁹ q̄ i naturali/
bus q̄n q̄z fit aliq̄d p potētiā dei pter cursū cō
munē. posset em canis p potentiā dei omī tpe
videre. sic etiā per singularē clementiā dei z ex
pūilegio spēali pt puulꝰ in vtero adhuc ma/
nens a peccato toraliter mūdari. z spūsanci
flamine copiose sanctificari ¶ Ad quintū di Ad. 5.
cendū q̄ minoz nō est vera. qz posito q̄ aliq̄s
existēs in peccato mortali ex antiq̄tate vl' quo
cūq̄z alio euētu. toraliter p deret vsū rōnis. tal'
hō p illo statu toraliter excluderet a penitētia
¶ Ad septū dicendū q̄ q̄z puuls sbuenia Ad. 6.
tur p matrē quo ad vitā corporalē. tamē h̄ nō
potest fieri quo ad vitā spiritualē. qz puer in
vtero ꝯiunctꝰ est matri quo ad corpꝰ. sz nō q̄
ad animā. Nec tamē ex hoc sequit q̄ deꝰ mi/
nus puiderit paruulo q̄ ad vitā spūalez q̄z q̄
ad corporalē. qz dato q̄ puer morere i vtero

matris. adhuc ala sua haberet magis delectabilez vitā q̄z aliq̄s homo in isto mūdo posset habere q̄z tū ad vitā corporalē. Si aūt supuixerit donec nascat ex vtero. tūc poterit baptizari ⁊ ꝛsequi vitā eternā. ¶ Ad septimū dicēdū q̄ puer fm corp⁹ dependet a matre ⁊ ñ fm animā. ⁊ ideo q̄z uis fm libertatē corpalē sequtur matrē. tamē nō sequitur eā fm libertatem spūalem. ¶ Ex his igit patet quantū ad pnncipale quesitū q̄ puer in vtero baptizata matre nullū recipit characterē. Quia q̄ non recipit characterē baptismalē nullū characterez potest recipe. sz puer in vtero nō recipit characterē baptismalē. ergo nullū recipit characterem. Maior patet. q̄z character baptismalis est fundamentū ceterorz characterz. q̄ ipo nō recepto alij recipi nō possunt. Minor etiam patet ex p̄dictis. ¶ Ad argumentū principale dicendū q̄ licet puer in vtero q̄z ꝛsiuncrus est matri corpaliter aliq̄ modo dicat ꝑs ei⁹. tamē q̄z suppositaliter est distinct⁹ a mre. vt sic nō est ꝑs matris ¶ Etiā fm animā nō est ꝛsiunct⁹ mri. ⁊ ideo nō est necesse vt illa cōueniāt puulo q̄ mri ꝛsuenūt fm animā.

Ad. 7.

Ad principale q̄stū. Ratio.

Ad principale argu.

¶ Distinctio septima.

Nunc d̄ sacramento ꝛsfirmatōis.

Postq̄z magister determinauit d̄ sacramēto baptismi. hic determinat d̄ sacramēto ꝛsfirmationis. ⁊ diuidit in duas ꝑtes. q̄z ꝑmo tractat de ꝛsfirmatōis sacramēto. Secūdo de ei⁹ vsu ꝛsgruo ⁊ idoneo. ibi. Hoc sacramentū tantuz a ieiunis. Prima ī duas. q̄z ꝑmo ostēdit istius sacramēti perfectionē ex causaz suaz assignationē. Secūdo facit hoc idē ex sim ad baptismū compatōne. ibi. Scitote vtrūq̄z esse. Prima in q̄tuor. Nā ꝑmo tangit istī⁹ sacramenti causaz formalē. Secūdo materialem. Tercio efficiētē mīnisterialē. Et quarto finalē. Secūda ibi. Cū baptizatos in frontibus Tercia ibi. Qd sacramētū. Quarta ibi. Virtus ꝯo hmōi. ¶ Sequit illa ꝑs. Hoc sacramentū. Et diuidit in duas. Quia ꝑmo ostēdit qualiter se debēt habere illi quibz ⁊ a q̄bus sacramentū ꝛsfirmatōis debet dari. Secūdo ostēdit q̄ istud sacrm nō debet iterari. Secda ibi. Nec debet iterari. ¶ Hic ergo quero.

Vtrū sacramēto ꝛsfirmatōis ꝛferat gra ipi ꝛsfirmato. ¶ Et videt q̄ non Quia aut illa gra ess alia ab ea que ꝛfert in baptismo. aut eadē cū illa Nō ꝑt esse alia. q̄z tūc duo accidētia solo numero differētia essent simul ī eodē subiecto. Nec ꝑt esse eadē. q̄z aut esset eadē fm eundē gradū. aut esset eadē fm gradū intensiorē. Non primū. q̄z sicq̄d genitū est itez generari nō ꝑt. sic q̄d collatū est amplī⁹ ꝛferri nō ꝑt. Nec secūdo modo q̄z in forma simplici inherēte subiecto simplici nō possunt diuersi grad⁹ dari. sz gra est forma simplex ⁊ inheret sbiecto simplici. s. essentie ipsi⁹ aie. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. in quolibet sacramēto noue legis rite suscepto ⁊ ministrato ꝛfert gra. vt patet ex dictis sanctorz adductis p mgrm dist. 1. sz ꝛsfirmatio est sacramentuz noue legis. ergo ⁊c. ¶ Dic q̄tuor sunt videda. ¶ Primo de eo qd q̄rit. ¶ Secūdo vtrū sacramēto ꝛsfirmatōnis imprimat character ipi ꝛsfirmato ¶ Tercio q̄s sit idone⁹ minister isti⁹ sacramēti. ¶ Quarto videndū est de necessitate isti⁹ sacramēti. s. vtz ei⁹ susceptio sit necessaria ad salutē.

Quantū ad primū

Articulus primus.

primo pono duas ꝛclusiones. Deinde moueo vnū dubiū ortū habens ex illis ꝛclusionibus. ¶ Prima ꝛclusio est. q̄ gratia gratūfaciens ꝛfert in ꝛsfirmatōne. Quia cuicūq̄z dat spūssanct⁹ illi dat gra gratūfaciēs. sz ordinate suscipienti sacramentū ꝛsfirmatōis dat spiritussanct⁹. Maior patet ex dictis in ꝑmo libro dist. xiij. arti. iij. ꝛclusione secūda. sz minor habet p rabanū q̄ dicit sic. Per impositionē manuū summi sacerdotz spūssanct⁹ tradit baptizato. ¶ P. null⁹ ꝛsfirmat in bono nisi p gratiā qua est grat⁹ deo. sz p istud sacramētū cōfirmat homo in bono. Propter h̄ cm dicit sacramentū ꝛsfirmatōis. Vñ etiā ait mgr. q̄ gra ꝛsfirmatōnis est cōpletiua ⁊ cōfirmatiua gre baptismalis. q̄ ⁊c. ¶ Forte dicet q̄ illo sacramēto nō ꝛfert gra gratūfaciens sine q̄ vere habet esse gratū. sz baptizat⁹ sine fictōe vere ē grat⁹ puulq̄z cōfirmet. q̄ ⁊c. ¶ P. aliq̄s exñs in mortali pcto libere ⁊ audacter ꝛfitet fidem xpi. q̄ ꝛsfirmatio nō ꝛfert gra gratūfacientez Ñcedēs patet. Probatō ꝛseqntie. q̄z sacrm cōfirmatōis ad h̄ dat vt aliq̄s bñ ⁊ audacter psumat fidē xpi ꝛsfiteri. ¶ Ad primū dicēdū q̄ maior nō est vera. q̄z q̄z uis ei qui habet esse gratū nō det gra qua fiat de nō grato gratus. tamē ꝑt ei dari quo fiat de grato magis grat⁹. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ꝛsequtia nō valet. Ad pbationē dicēdū q̄ sacrm ꝛsfirmatōis

Conclusio prima 1

Instantia 1

2

Solutio. Ad. 1.

Ad. 2.

qd est trine dimensionis impossibile est esse si
ne quātitate ſz omis substātia corporea est tri
ne dimensionis. Maior patet. quia nihil po
test esse dimēsionatū nisi sit quantū. Probat
minor. quia si esset tantūmodo bine dimēsio
nis. tunc esset supficies. si vnꝰ tūc esset linea.
¶ P. sequeret ꝙ christꝰ esset diuisus. qr sicut
hic in sacramēto esset substātia sine quātitate
christi. sic ī celo maneret sola quātitas sine sb
stantia christi. ergo ⁊c. ¶ Sz quāuis ego iā
dictam opinionē ꝛe facto reputē esse falsaꝫ. ta
men saluo semper meliori iudicio nō puto ꝙ
sic sit simpliciter impossibilis. quin ꝛeꝰ si vel/
let posset corpꝰ christi facere pſens in altari si/
ne pſentia sue quātitatis. sicut posuit pdicta
opinio. ¶ Congruētia autē istiꝰ possibilitatꝭ
haberi potest ex his que dixi lib. iij. dist. v. ar
ticulo pmo. ¶ Illis igit hic pſuppositis ad
pſens respōdeo motiuis vtriusqz opinionis
¶ Ad primū igit istiꝰ false opinionis dicen/
dum. ꝙ licet illud in qd fit cōuersio panis sit
ibi principaliter. ex hoc tamē nō habet quin
cetera sint ibi cōcomitanter. ¶ Ad secundu
dicendū ꝙ licet quātitas nō faciat ad esse ci/
bum spiritualē. facit tamē ad hoc ꝙ christus
integer ⁊ nō diuisus vere ⁊ realiter est sub il/
lis speciebꝫ. ¶ Ad terciū dicendū ꝙ cōsequē
tia est falsa. Ad pbationē dicendū ꝙ licet os
hominis nō sit capax quātitatis corporis chri
sti accepte modo quātitatiuo. tamen bene est
capax eius sine illo modo. Cū ergo in sacra/
mento altaris corpus christi nō habeat mo/
duꝫ quātitatiuū per cōparationē ad extra. vt
dictū est in pmo articulo. ergo ⁊c. ¶ Ad qr/
tum nego maiorē. Ad pbationē dicenduꝫ ꝙ
ibi cōmittit fallacia ꝛsequentis. quia nō om
ne qd est hic est in loco pprie ⁊ per se. Sicut
em anima rationalis dicit esse ibi vbi est cor/
pus qd informat. tamē nō est in loco p se. sic
corpꝰ christi dicit esse ibi vbi sunt species pa/
nis. quāuis locū illū nō repleat. qr sola acci/
dentia panis illum locū replent ⁊ occupant.
¶ Ad primū alteriꝰ opionis dicēdū. ꝙ licet

Cōtra opinionem.
1
2
3
Modus medius.
Solutio.
Ad.1.
Ad.2.
Ad.3.
Ad.4.
Solutio alteriꝰ opinionis.
Ad.1.

fm cursuꝫ nature aīa informet corpꝰ organi/
cū ⁊ qztū in actu. tn fm ꝛe potentiā absolutā
ipa posset informare materiā actu indiuisibi
lē. organicā tn ⁊ quantā in potētia. ¶ Ad se/
cūdū dicēdū ꝙ esse trine dimēsionis pt alicui
dupliciter cōuenire. Uno modo in pmo mō
dicēdi p se. Alio modo ī secūdo. Primo mō
corpꝰ qd est ꝛe pdicamēto quātitatis est trine
dimēsionis. Secdo mō substātia corpea seu
corpꝰ ꝛe pdicamēto sbstātie dicit esse trine di
mēsionis. maxie loquēdo nō ꝛe actu sz d apti
tudine. qr ppriū est sbstātie corpee ꝙ sit apta
nata recipe trinā dimēsionē. Manēte ē illa
aptitudie posset ꝛeꝰ si vellet actualē receptōez
illiꝰ trine dimēsionis sine ꝛtradictōe suspēde
re. ¶ Ad formā igit argumēti dicēdū ꝙ loqn
do ꝛe esse trine dimēsionis pmo mō. tūc ma/
ior est vera. sz minor est falsa. sz loqndo ꝛe se/
cundo mō. tūc ecōuerso qzuis minor aliq mō
sit vera. tn maior est simpliciter falsa. ¶ Ad p/
batōez maioris dicēdū ꝙ licz illud qd ē actu
dimēsionatū sit actu qztū. tn qd est potentia
dimēsionatū nō est actu qztū: sz tantūmodo
ī potētia. ¶ Ad pbatōez minoris dicēduꝫ ꝙ
si ꝛeꝰ suspēderet illā actualē receptōnez. tunc
actu nec esset bine nec vnꝰ dimēsionis. sz po/
tius nullꝰ. licet ratōe sue aptitudinis ī poten
tia esset trine dimēsionis ¶ Ad terciū ꝛcedo
ꝛsequētiā. s. ꝙ xps esset diuisus diuisione sue
substātie a suis accidētibꝫ corpalibꝫ. Nec il/
lud ꝛseqns reputo ipossibile. qr duas res ab
solutas ꝛeꝰ pt ab inuicē separe ⁊ separatas ꝛ dua
re sine omi ꝛtradictōe. ¶ Posset etiā negari
ꝛseqntia. qr forte dicerēt illi ꝛe pma opinione
ꝙ sicut nūc credim ꝙ ꝛeꝰ faciat corpꝰ suū cū
qztitate pſens speciebꝫ sacramēti. ⁊ tn nec cor/
pꝰ suū. nec corpis qztitatē separa loco cui cō/
iunctū est ī celo. sic eadē rōne si vellet posz fa
cere substātiā corpis sui pſentē hmōi speciebꝫ
sine qztitate. ⁊ tn nō diuideret eā a quātitate
sua cui ꝛiūcta maneret in celis.

Ad.2.
Ad forma
Ad.3.

Quantū ad terciuz articulū est aduertēdū ꝙ ptes hostie pnt du/

Articulus tercius.

plicit accipi. Uno mō vt sūt ab inuicē separe
Alio mō vt ī suo toto sūt ꝛiūcte. Et fm hc po
no duas ꝛclusiones. ¶ Quaꝫ pma est ꝙ lo/
quēdo ꝛe ptibꝫ pmo mō. tūc corpꝰ xpi est in
qualibet parte totū. ⁊ ī pluribꝫ talibꝫ partibꝫ
pluries. ¶ Prima ps istiꝰ ꝛclusionis patet.
qr ab oibꝫ fidelibꝫ ꝛcedit ꝙ corpus christi est
sub qualibet illarū partiū. ergo vel totuz. vel

Conclusio prima

aliqua pars ei⁹. Si datur primū. tunc habet intentū. Si secūdū. tūc p̄m diuisionē hostie diuideret corpus christi. ⁊ per cōsequēs esset passibile ⁊ mortale. qd̄ est impiū dicere de corpore christi. ⁊ de quolibet alio corpe glorificato. ¶ Ista est intētio augustini qui ait. q̄ sicut fracto speculo imago que p̄ⁿ fuit vna in toto speculo. post diuisionē speculi est tota in qualibet parte speculi. sic diuiso sacramēto ⁊c. ¶ Est etiā ista intentio innocētij tercij. q̄ loquens de existētia corpis christi in sacramēto ait. Reor salua fide maiestatis. q̄ vbi est panis cōsecrat⁹. totū in singulis partib⁹ cōtinet. ¶ Probat etiā secūda pars p̄dicte cōclusionis. q⁹ ex diuina ordinatōne corp⁹ christi determinat ad hoc q̄ realiter p̄sens est speciebⁿ sacramēti. cū ergo partes specierū diuise fundent actualiter plures vnitates. ergo corpus christi existēs p̄sens hmōi partib⁹ pluries est eis p̄sens. ¶ Cōclusio secūda est. q̄ accipiēdo partes hostie secūdo modo. puta vt sunt cōiuncte in suo toto. tūc corp⁹ xpi est in tota hostia totū ⁊ in qualibet parte totuz. sz in hmōi partib⁹ nisi actu signent nō est pluries sed semel tantū. ¶ Primā partē istⁿ ꝯclusionis p̄bo sic. Corp⁹ xpi est sub tota quātitate panis ꝯuersi i ipm. ergo aliq̄d corpis xpi est sb̄ qualibet parte illⁿ q̄ztitatis. Antecedēs patet ex fide. Patet etiā ꝯsequētia. q⁹ ad oppositū cōsequentis sequit oppositū antecedētis. Illud ergo aliq̄d existēs sub qualibet parte. vel est totū corp⁹ xpi. ⁊ hoc est ꝓpositū. vel pars ei⁹. ⁊ tūc sequet q̄ corp⁹ christi sit extēse ⁊ quātitatiue sub sacramēto. Patet ꝯsequentia. q⁹ vbi totū est sub toto. ⁊ ps sub parte. ibi est vera extensio ⁊ coextensio. Falsitas cōsequētis patet ex p̄cedentib⁹. ¶ Probo secūdā partē istⁿ cōclusionis. q⁹ partes nulla signatōne diuise ñ habēt esse actu. ⁊ p ꝯsequēs nō fundāt distinctas vnitates actualiter. sed solū est ibi vnica vnitas actualis que est vnitas totⁿ. Sic autem est in ꝓposito. Et ideo corp⁹ christi non est ibi pluries. sz tantūmodo semel. iuxta vnitatē vnā actualiter ibi fundatā que est vnitas totius. Vñ sicut anima ratōnalis est tota in toto: ⁊ tota in qualibet parte corpis qd̄ informat. ⁊ tamē nō est pluries i illo corpe ꝓpter vnitatē totⁿ in quo habet esse primo. In partib⁹ ēm solū est vt habēt ordinem ad totum. sic in proposito ⁊c. ¶ Contra primam partem istius cōclusionis est quedā opinio que ponit. q̄ quāuis partibus sacramenti diuisis corpus christi totum sit in qualibet parte tamē partib⁹ manentib⁹ indiuisis a toto. tūc corp⁹ xpi nō est totū sub q̄libet parte. ¶ Motiua p̄ista opinione possent esse hec. Qz p̄m augustinū corp⁹ christi se habet ad partes sacramēti. sicut imago se habet ad partes speculi. sed quāuis tota imago reluceat in qualibet parte fracti speculi. tamē nō i partib⁹ integri speculi. ergo ⁊c. ¶ P. partes hostie integre iūt infinite. ergo corp⁹ christi esset i infinitis partib⁹. ⁊ per cōsequēs in vna hostia esset infinities. Cōsequētia patet. Probat antecedens. quia cōtinuū cū sit diuisibile i infinitū. oportet q̄ habeat infinitas partes. Sz hostia integra est quid cōtinuū. ergo ⁊c. ¶ P. sicut dicit p̄mo celi ⁊ mundi. deus ⁊ natura nihil faciunt frustra. sz nulla apparet maior vtilitas si totū corpus christi ponat sub qualibet parte. q̄z si totum ponat tantūmodo sub tota hostia. ergo hoc frustra poneret. ¶ P. si totū corpus christi esset sub qualibet parte. tūc quelibet pars corpis christi esset simul cū qualibet alia parte corpis christi. Cōsequentia patet. Sed vt aliqui dicūt cōsequēs est falsuz. q⁹ sequeret partiū corpis christi ꝯfusio. q⁹ caput misceret simul cū pede. ¶ Sed his nō obstātib⁹ teneo predictā cōclusionē. q⁹ magis videtur esse cōformis dictis sanctoz. Dicit ēm beat⁹ hilari⁹. q̄ vbi est pars corpis christi. ibi est totū. Demōstrata igit aliqua parte hostie cōsecrate. petat ab istis. vtrū in illa parte integre hostie sit aliquid corpis christi. vel nihil. Si dixerint q̄ nihil. hoc esset cōtra fidē. Si aliquid. tūc vel hoc erit pars. vel totū. Si totum. habet ꝓpositū. Si pars itez habet propositū autoritate hilarij iā dicta. ¶ P. isti ponunt totū corp⁹ christi esse in parte separata. sz nihil est in parte separata de corpe christi qd̄ ñ fuerit in eadē parte priusq̄z separet. q⁹ p separationem nihil de corpe christi generat de nouo in parte illa. Nec etiā ꝓpter separationez cetere partes corpis christi mouent ad illā partē hostie que separat a toto. Ergo ex his q̄ isti ponunt necesse est eos dicere totuz corp⁹ christi esse etiā in parte cōiuncta. ergo ⁊c. ¶ Et per hꝰ patet ad primū argumentū. q⁹ diuiso speculo ꝓpter multitudinē disiunctarū superficiez factaz ex illa diuisione fiūt ab eodē obiecto plures reflexiones sup illas distinctas supficies ⁊ per cōsequens generant distincte ⁊ plures imagines. vbi primo solum generabat vna imago propter vnicā reflexionē factā ab vno obiecto super vna superficie ipsⁿ integri speculi. Vñ si nihil de nouo generaret i ptib⁹ fracti

Cōclusio secūda.

Opio contraria.

Cōtra opinionem. 1

1

2

3

4

2

Solutio. Ad. 1.

speculi qd̄ primo nō fuit genitū quādo specu
lum erat integrū. tūc in partib⁹ diuisis nō ap
parerent plures imagines q̄ꝫ primo cū specu
lū erat integrū. Sed vt dictū est ex diuisione
partiū hostie nō generat̄ de nouo corp⁹ chri
sti. nec etiā de nouo aliquid cōuertit̄ in ipsuꝫ
sicut ante factū est per sacerdotis benedictōeꝫ
Ad.2. ergo ꝛc. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ ipa hostia
potest dupliciter cōsiderari. Uno modo vt ē
naturale accidēs aptū natū informare substā
tiam. Alio modo mathematice puta p̄cise ip
sam cōsiderādo vt est quedā res ꝯtinua. Pri
mo modo nec habet partes infinitas. nec est
diuisibilis in infinitū. qꝛ sicut est dare mini
mū os ꝛ minimā carnē. sicut dicit̄ in de gene
ratōne. ꝛ p̄mo phisicoꝝ. sic etiā ī specie panis
est dare minimū. puta tale q̄ si vltra diuide
retur. in ipo nō saluaret̄ species panis. Sic eo
dem modo in hostia vt est accidēs panis. est
dare minimū. Si aūt accipit̄ secūdo mō. tūc
est diuisibilis in infinitū. Cū ergo corp⁹ chri
sti sit sub illis accidentib⁹ ꝓut in eis relucet
apparētia panis. ꝛ nō p̄cise vt est ibi quātitas
cōtinua. qꝛ dato q̄ maneret ibi eadē q̄ꝫtitas.
ꝛ om̄ia alia naturalia accidētia mutarent̄. nō
maneret corp⁹ christi sub illa mathematica
quātitate. ideo posito q̄ corp⁹ christi sit sub q̄
libet parte hostie loquēdo d̄ partib⁹ p̄mo mo
do dictis. de quib⁹ semp̄ debet intelligi cū di
citur esse in partib⁹. ꝓpter hoc nō sequit̄ q̄ sit
in infinitis partib⁹. Etiā non sequit̄ q̄ sit ibi
infinities. īmo nec pluries. sed tantūmodo se
mel s̄m vnitatē toti⁹. vt superi⁹ est declaratū.
Ad.3. ¶ Ad terciū nego minorē. qꝛ ponēdo corpus
christi totū esse sub qualibet parte integre ho
stie. saluant̄ multe veritates quas sancta ma
ter ecclesia tenet de isto sacramēto. Istud em̄
ponēdo saluam⁹ corp⁹ christi nō esse extēsum
extēsione hostie. nec p̄ cōsequēs diuidi diui
sione hostie. quoꝝ oppositū sequeret̄. si totuꝫ
corp⁹ christi esset sub tota hostia. ꝛ pars sub
Ad.4. parte. Ex q̄ apparet q̄ minor est falsa. ¶ Ad
quartū dicendū q̄ partes corpis christi esse ī
eodē situ potest dupliciter intelligi Uno mo
do in ordine partiū ad locū. Alio modo ī or
dine partiū ad totū. Primo modo simul ha
bent esse. illo em̄ ordine nec distinguit̄ ī sacra
mento caput a pede. nec ecōuerso. Sꝫ secun
do modo nō sunt simul in eodē situ seu positio
ne. sꝫ sunt ordinatissime distincte.

Articulus quartus.

Quātū ad quartuꝫ

articulū est aduertēdū q̄ corp⁹ christi moue
ri potest intelligi dupliciter. Uno modo p̄ se
Alio modo p̄ accidēs. ¶ Itē moueri ad mo
tū hostie potest intelligi dupliciter. Uno mo
do causaliter. ita. s. q̄ mouēs hostiā sit causa
mot⁹ corpis christi. Alio modo nō causalit̄.
sed solū cōcomitanter. Et s̄m hoc pono quat
tuor cōclusiones ¶ Prima est q̄ quādo mo Conclusio
uet̄ hostia. corp⁹ christi aliquo modo mouet̄ prima
Quia perdēs respectū realis p̄sentialitatis nō 1
ex mutatōe illi⁹ cui est p̄sens. hoc aliquo mo
do mutat̄ seu mouet̄. accipiendo moueri lar
ge ꝓ qualitercūqꝫ mutari. sed quādo mouet̄
hostia sub qua est corp⁹ christi. ipm corp⁹ xp̄i
perdit respectū realis p̄sentie quē fundauit re
spectu loci in quo fuit hostia anteq̄ꝫ moueret̄
nō ex mutatōe illius loci. ergo ꝛc. Maior pa
tet. qꝛ si a est realiter p̄sens ipi b. ꝛ huiusmodi
p̄sentialitas perdit̄ sine recessu ipsi⁹ b ab a. se
quit̄ necessario q̄ hoc p̄cise cōtingat ꝓpter re
cessum ipsi⁹ a ab ipo b. Minor etiā patet q̄n
tum ad om̄es suas partes. ¶ P̄. illud qd̄ ac 2
quirit respectū noue p̄sentie ad aliquē locū si
ne aduentu illi⁹ loci ad ipm. ac sine cōuersio
ne alicui⁹ in ipm. hoc aliq̄ modo mouet̄ ad il
lum locū. Sꝫ corp⁹ christi acquirit nouū re
spectū realis p̄sentie respectu illi⁹ loci ad queꝫ
terminat̄ mot⁹ ipsi⁹ hostie sine aduentu vel
trāsitu illi⁹ loci ad ipm. fit em̄ corp⁹ christi re
aliter p̄sens illi loco. dato q̄ ille loc⁹ īmobilis
p̄seueret. Si em̄ nō fieret illi loco realiter pre
sens. tūc hostia cōsecrata esset alicubi vbi ni
hil esset de corpe christi. Etiā ex motu ipi⁹ ho
stie nihil de nouo ꝯuertit̄ in corp⁹ xp̄i. qꝛ talis
cōuersio nō fit sine sacerdotis benedictōne. q̄
benedictio nō iterat̄ ꝓpter motū ipsi⁹ hostie.
ergo ꝛc. ¶ P̄. om̄e qd̄ desinit esse vbi pri⁹ erat 3
ꝛ incipit esse vbi pri⁹ nō erat. hoc aliquo mo
do mouet̄. sed mota hostia tunc corp⁹ christi
desinit esse vbi pri⁹ erat. ꝛ incipit esse vbi pri⁹
nō erat. ergo ꝛc. Maior videt̄ esse nota de se.
Minor patet ex p̄dictis. ¶ Forte cōtra istaꝫ Instantia
ꝯclusionē dicetur. si esset vera. tunc ideꝫ simul 1
moueretur contrarijs motibus. quia simul
vna hostia potest moueri sursum. ꝛ alia deor
sum. ¶ P̄. idem corpus christi simul moue 2
retur ꝛ quiesceret. Consequētia patet. quia vna
hostia quiescente quādoqꝫ alia hostia moue
ri potest ¶ P̄. illud qd̄ nec generatur nec cor 3
rumpit̄. nec auget̄ nec minuit̄. nec alterat̄. et
manet in eodē loco. hoc nullo modo mouet̄.
Sed corpus christi nec generat̄ nec corrum
pit̄. nec auget̄ nec diminuitur. nec alteratur.

& in celis manet ī eodē loco dū hostia mouet. ergo mota hostia. corp⁹ christi nullo mō mouet. Maior patet p sufficientē acceptionem omniū specierū motus. siue motus accipiatur ppie siue large. s. p indiuisibili mutatōne. q̄ modo aresto. in pdicamentis tā generationē q̄ corruptionē appellat motū. Minor etiam nota est q̄tū ad omes suas ptes. ¶ Ad primū dicendū q̄ vt cōmuniter dicit aliq̄d simul moueri sursum & deorsum per accidēs nullā implicat repugnantiā. qd nō est dubiū referendo mot⁹ tales in diuinā potentiā. q̄ mot⁹ nō habēt ad inuicē repugnantiā nisi put termini ipsorū motuū ad inuicē repugnatiā habēt. Sed vt patet ex dictis in pcedenti questiōe. vbi sursum. & vbi deorsum. quāuis nō naturaliter. diuina tamē virtute possunt simul eidem cōpetere. Cū ergo corp⁹ christi ad motū hostie nō moueat per se. sz solū p accidēs. vt patebit in secūda cōclusione. nec cōpetat sibi virtute naturali sz diuina. vt patebit in secūda & tercia cōclusione. ideo &c. ¶ Et eodē modo dicendū est ad secundū. ¶ Ad terciū dicendū q̄ maior nō est vera. supposito q̄ sit ī alio loco q̄ in illo in quo quiescit. quia hoc posito. tūc nō obstante q̄ quiescat in vno loco. potest moueri in alio loco. vt patet ex pcedenti q̄stione in solutōe octaua argumēti facti cōtra articulū primū. ¶ Secūda cōclusio est. q̄ corpus xpi. put est in sacramēto nō mouet per se sz solū per accidēs. Quia mot⁹ fīm locū d̄ quo semp ad pīsens loquor nō potest p se cōpetere ei qd per se nō est in loco. sz corp⁹ christi put est in sacramento nō est per se in loco. cū sua quāntate nihil occupet de loco. vt patet ex pcedentib⁹. ergo &c. ¶ P. corpus qd p se mouetur de vno loco ad aliū. hoc cōmensurat medio per qd trāsit. sed quādo corp⁹ christi mouetur ad motū hostie. tūc nō cōmensurat alicui spacio medio. cū nō sit quātitatiue ī sacramento. ergo &c. ¶ Forte dicet cōtra cōclusionē istā sic. Oē qd mouetur p accidens ad motū alicui⁹ qd mouet p se. vel est in eo sicut pts in suo toto. vel sicut forma ī materia seu sb iecto. vel sicut locatū in loco. vl' sicut motor in eo qd p ipm mouet. puta sicut nauta ī nauī. sed corp⁹ christi nullo istorū modorū est in hostia. ergo nō mouet p accidens ad motū hostie. ¶ Respondeo q̄ licet maior sit vera quādo motū per accidēs mouet causaliter ex motu illi⁹ qd mouet per se. tamē nō est vera quādo motū per accidens solū cōcomitanter mouet cū illo qd mouet p se. Sic autē est in ppositio. vt patebit īmediate. ¶ Est ergo tercia cōclusio. q̄ mota hostia corp⁹ christi nō mouet ab aliqua pura creatura mouēte ipam hostiā. Quia illud qd actiue non attingit aliq̄d hoc nō potest ipm mouere. sz vir⁹ creata mouēs hostiā nō attingit corp⁹ christi vt existit sub sacramēto. ergo &c. Maior patet p arestotel. in de generatōe & corruptōe. Minorē pbo. q̄ nulla vir⁹ creata attingit aliqd corp⁹ actiue qd nō est sibi localiter approximatū. sz corp⁹ xpi vt est in sacramēto nō ē alicui virtuti create localiter approximatū. q̄ nō est ibi localit. vt superi⁹ dictū est. ergo &c. ¶ Forte dicet cōtra istud sic. Anima ipsi⁹ christi potest mouere corp⁹ xpi vt est in sacramēto. sz anima christi est creatura. ergo vir⁹ creata potest mouere corp⁹ christi vt est sub sacramēto. ¶ P. supposito q̄ corp⁹ christi fuisset reseruatū in pixide quādo vulnerabat in cruce. vel vulnera q̄ recepit in cruce recepissz in pixide. vl' nō. Sic tūc existēs sub sacramēto mouebat a virtute creata que intulit illa vulnera. Si nō: tūc idē corp⁹ simul fuisset cōtinuū & discōtinuū. q̄ in cruce fuit discōtinuū. q̄ vulneribꝫ pforatū. & in pixide mānsisset cōtinuū. q̄ nō fuisset pforatū. ¶ P. mouēs aliquā rem mouet omē illud qd est in illa re. sed corp⁹ christi est ī hostia. ergo mouēs hostiā mouet corp⁹ xpi. ergo &c. ¶ Ad primū dicendū q̄ christ⁹ nō est pura creatura. cū sit de⁹ & hō. ideo da q̄ xps p animā suā moueat corp⁹ suū. hoc tamē n erit cōtra istā cōclusionē que posita est de pura creatura. ¶ Itē anima christi nō mouet hostiā. cōclusio aūt ponit de pura creatura mouente hostiā. ¶ Ad secundū dicendū q̄ hoc posito tūc corp⁹ christi existēs in pixide sub hostia fuisset vulneratū & discōtinuatū. nec hoc esset cōtra cōclusionē. quia vulnerās christū ī cruce nō fuisset motor hostie. ¶ Forte dicet q̄ illud repugnat dictis pcedentib⁹. ¶ Primo quia dictū est supra q̄ corpus christi non est extense seu quātitatiue sub hostia. sz nihil potest vulnerari vel discōtinuari nisi extense et quātitatiue se habeat. ergo &c. ¶ Secūdo q̄ virtus nō attingēs aliqd corp⁹ nō potest ipsum vulnerare nec discōtinuare. sed nlla virtus creata attingit corp⁹ christi vt est sub sacramento. vt dictū est in pbatione minoris adducte p ista tercia cōclusione. q̄ &c. ¶ Ad primū dicendū q̄ aliquid potest dici se habere non extense vel nō quātitatiue dupliciter. Vno modo ppter omimodā negatōez partium tam in ordine ad locū q̄ etiam in ordine

Solutio. Ad. 1.

Ad. 2.

Ad. 3.

Cōclusio secūda.

1

2

Instantia 1

Solutio.

Tercia cōclusio.

1

Instantia 1

2

3

Solutio Ad. 1.

Ad. 2.

Instantia 1

2

Solutio. Ad. 1.

ad totũ. Alio modo nõ ꝓpter omimodã negationẽ partiũ. sz solũ ꝓpter negationẽ partium i ordine ad locũ Primo modo maior est falsa. qz corpꝰ existẽs in sacramẽto est in se vere extensuz. quãuis ñ sit alicui ꝯtinẽti extrinsecus coextẽsium. ⁊ habet vere ⁊ realiter partẽ extra partẽ in ordine ad totũ. quãuis nõ habeat partẽ extra partẽ in ordine ad locũ. Sz secũdo modo tũc minor ñ est vsqzquaqz ꝗa. qz eo modo quo aliqd ꝯtinuũ habet ꝑtes. eo modo ꝑ diuisionẽ partiũ ꝑt discõtinuari. qz si habet ꝑtes ꝑr cõparationẽ ad intra ⁊ ad extra. tũc vtroqz mõ poterit discõtinuari. Si aũt hz ꝑtes i ordine ad intra ⁊ nõ i ordie ad extra. tũc vt sic poterit discõtinuari in se sine exteriori apparẽtia. Cũ ergo corpꝰ xpi in cruce habuerit ꝑtes tã in ordine ad totũ qz in ordine ad locũ. ideo vtroqz modo. s. intrinsece ⁊ extrinsece fuit discõtinuatũ in cruce. Si aũt ꝑ tunc fuisset sacramẽtaliter in pixide. qz ibi habuisset ꝑtes intrinsece pura i ordine ad totũ. ⁊ nõ extrinsece. s. in ordine ad locũ. ideo vere fuisset intrinsece discõtinuatũ in pixide. qz/uis nõ extrinsece. qz distantie partiũ intrinsece nõ corespõdisset distantia partiũ extrinsece in corpe ꝯtinente. ¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ licet illa maior sit vera posito ꝙ illa virtus nullo modo attingat hmõi corpꝰ. puta nec h nec alibi. tamẽ ñ est vera si alicubi ipm attingit. ¶ Et tũc ad minorẽ dicendũ ꝙ casu ꝑdicto posito licet tũc virtꝰ seu potẽtia crucifixoris nõ attigisset corpꝰ xpi primo vt in pixide vel vt fuisset sub sacramẽto. tamẽ vere attigit ipm vt fuit in cruce. Per quẽ attactũ primo fuit vulneratũ ⁊ discõtinuatũ in cruce. ⁊ ꝑ cõsequẽs fuisset discõtinuatũ in pixide. ¶ Forte adhuc dicet. ꝙ ex his habet ꝙ licet nõ ꝑmo tamẽ ex ꝯsequẽti virtꝰ creata attingat corpus xpi. put existit i sacramẽto ¶ Dicẽdũ ꝙ istud est verũ supposito ꝙ corpꝰ xpi esset mortale ⁊ passibile sicut fuit in cruce. sz nõ est vez. put nũc loquimur de corpe christi. puta vt habet esse glorificatũ ⁊ imortale. quia vt sic non est subiectũ actõi alicuꝰ virtutis create in sua reali existẽtia. nec ꝑ ꝯsequẽs in sua sacramentali existẽtia ¶ Ad tercũ dicendũ ꝙ maior nõ est vera quãdo aliqd sic est in re mota. ꝙ nec est forma eiꝰ. nec pars eiꝰ. nec aliqua necessitate sue ponderositatis innitit ei. sz solũ ꝯiungitur ei quadã libera volũtate ad hmõi cõiunctionẽ libere ⁊ ꝯtingenter se habente. Sz corpus christi ꝯiungit hostie ex sola libertate voluntatis diuine. ideo maior i ꝓposito ẽ falsa.

Instantia

Solutio.

Solutio tercie rõis

¶ Quarta cõclusio est ꝙ quãdo hostia moueꝯ. tũc corpꝰ christi moueꝯ a virtute diuina Quia omne qd moueꝯ. vl' moueꝯ a virtute creata. vl' diuina. sz mota hostia aliq̃ modo moueꝯ corpus xpi. ⁊ nõ a virtute creata. ergo ⁊c. Maior patet ꝑ sufficientẽ diuisionẽ. ⁊ Dior etiã patet ex ꝑma ⁊ tercia ꝯclusione istiꝰ quarti articuli. ¶ Forte dicet ꝙ si ista ꝯclusio ẽ vera. tũc quotienscũqz eucharistia portat d loco ad locũ: totiẽs ꝯtinget nouũ miraculũ. Consequẽtia patet. qz illud dicit fieri miraculose. qd nõ potest fieri nisi specialiter ꝯcurrẽte diuina operatõe. sz stante ꝑdicta ꝯclusione. tũc hostia nõ potest moueri nisi specialiter ꝯcurrente diuie virtutis opatione. ergo ⁊c. ¶ Dicendũ ꝙ appellãdo hoc miraculũ ad qd non sufficit sola virtꝰ creata. tũc ꝯcedo ꝙ in ꝓposito fieret semp miraculũ quãdo moueꝯ eucharistia. Quia tñ isto modo nimis large accipit miraculũ. nã sic loquẽdo tũc hois natiuitas in vtero semper fieret cũ miraculo. eo ꝙ nõ possit fieri sine speciali actõne diuina qua creat ratõnalis aia. ideo nego ꝯsequẽtiã. Ad ꝓbationẽ nego maiorẽ. qñ diuina opatio cõcurrit modo ꝯsueto sicut iã apparuit de ꝯceptione hois. Cñ ꝑt dici ꝙ ibi nõ est nouũ miraculũ. sz quasi antiq̃ determinatio diuie voluntatis. Deꝰ em eadẽ volũtate qua instituit eucharistiã determinauit ꝙ corpꝰ xpi esset presens omi loco in quo post ꝯsecratõez ponit ipa hostia. ¶ Ad argumentũ principale dicendũ ꝙ maior nõ est vera. qñ ꝯtentũ nõ coextendit ꝯtinenti. nec se habet modo qztitatiuo. sicut est in ꝓposito.

Cõclusio quarta.

Instantia

Solutio

Ad principale argu.

¶ Distinctio vndecima.

Si vero que ritur. Postq̃z mgr superi determinauit de istiꝰ sacramẽti differenti sumptõne. in ista parte determinat de eiusdẽ sacramẽti ꝯfectõe ꝑcedẽti ¶ Circa qd est aduertẽdũ ꝙ in ista mirabili ꝯfectõe sunt attendẽda tria sãtis mirabilia. nã in corpꝰ et sanguinẽ xpi cõuertit panis ⁊ vini substãtia. sine sbiecto remanẽt accidẽtia. ⁊ hec fiũt ꝑ verba a sacerdote ꝯsecrãte ꝓlata. ⁊ sm h̃ reliqua materia istiꝰ benedicti sacramẽti ad ꝑsens diuidit in tres ꝑtes. qz ꝑmo mgr determinat de ista admirãda ꝯuersione. Secũdo de accidẽtiũ sine subiecto manentiũ sepatõe. Tercio de ꝯsecrãtis qualitate ⁊ ꝯditõe. Sedã dist. xij.

ibi. Si aūt queriť de accidētib⁹. Tercia dist. xiij. ibi. Solet etiā q̄ri. Prima in duas. Qz ꝑmo circa iā dictā ꝓuersionē mouet q̄stionē. Secūdo materie istī⁹ ꝓuersionis ponit determinationē. ibi. Sub alia autē specie. Prima ꝑs est ꝑsentis lectōis. Et diuidit ī duas ꝑtes Quia ꝑmo ad motā q̄stionē de ista miranda ꝓuersione mgr̄ ꝑmissa sui excusatōne nitiť respondere. Secūdo duas falsas r̄nsiones conať remouere. ibi. Quidā vero sic dicūt. Prima ī duas. Quia ꝑmo ostēdit q̄d de ista cōuersione sit tenendū. Secūdo qualiter istius ꝓuersionis mysterū sit exprimendū. ibi. Fit ergo substātia illa. Prima in tres. Qz primo ad motā q̄stionē dat suā responsionē. Secdo mouet ⁊ remouet cōtrariā obiectōnez. Et tercio ostēdit modū ꝑdicte ꝓuersionis excedere humanā inuestigationē. Secūda ibi. Sed huic sinie. Tercia ibi. Si ꝯo queris moduz.

¶ Sequit illa ꝑs. Fit igit substātia illa. Et diuidit in duas ꝑtes Nā primo circa modū exprimēdi ꝑdictā cōuersionē recitat duplicē opinionē. Secdo ꝑmittēdo vnā distinctionē ponit circa ḣ suā determinationē. ibi. Ideo distinguēdū videť. ¶ Tūc sequit illa ꝑs. Quidā vero sic dicūt. Et diuidit in duas partes. Quia ꝑmo circa q̄stionē ꝑlibatā duas erroneas recitat respōsiones. Secūdo hmōi erores sanctoz autoritatib⁹ ꝓbat. ibi. Sz q̄nō sit ibi substātia. ¶ Circa hāc lectionem quero hmōi questione.

Questio ꝑma. Vtrū ꝓuersio qua panis ⁊ vinū ꝓuertunť in corp⁹ ⁊ sanguinē xp̄i sit ſbita vl' successiua. ¶ Et videť q̄ successiua. qz actio tpe mēsurata necessario est successiua. ista ꝓuersio est tpe mēsurata. g̅ ⁊c. Maior patet. Probo minorē. qz q̄n fit cōsecratio tūc impossibile est vltimū esse panis ⁊ primū esse corpis xp̄i siml' esse ī eodē instāti. g̅ ipossibile ē iā dictā ꝓuersionē esse subitā seu instantaneā. Ancedēs patet. qz da oppositū. tūc eadē res siml' ⁊ ī eodē instāti esset panis ⁊ corp⁹ xp̄i qd̄ est impossibile. Cōseqntia etiā patet. qz ꝓuersio est illud q̄ transit de vltimo esse panis ad primū esse corpis xp̄i q̄ztū ad esse ꝑsentiale q̄ est ī sacro. q̄ cū nō possint esse ī vno instanti erūt ī alio ⁊ alio instāti. ⁊ ꝑ ꝓseqns ipa ꝓuersio mēsurabiť tpe qd̄ mediat inter hmōi duo instātia. ¶ Cōtra. ois successio ī actōne ꝓtingēs fit rōne alicui⁹ resistētie. sz virt⁹ ꝓuertens panē ī corp⁹ xp̄i nullā patiť resistentiā ī hmōi ꝓuersione. Maior patet. iij. ⁊. vi. phi sicoz. Minorē ꝓbo. qz panis substātia respectu virtutis diuine q̄ est infinita est ī plena ⁊ ꝑfecta obedientia ad ḣ q̄ ꝓuertat in oīe illud qd̄ de⁹ voluerit. g̅ ⁊c. ¶ Dic q̄ttuor sunt videda. ¶ Primo vtz ex virtute diuina q̄libet res possit ī quālibet rē ꝓuerti. ¶ Secdo dato q̄ ñ. videbiť vtz ī isto sacro substātia panis ꝓuertat in corp⁹ xp̄i. ¶ Tercio de eo qd̄ queriť. ¶ Et q̄rto quib⁹ nomin⁹ ista ꝓuersio ꝓgruenti⁹ exprimat.

Quātuz ad primuz

Articulus primus. Conclusio prima

pono duas ꝓclusiones. ¶ Prima est q̄ intelligēdo ꝑ q̄libet rē omne ens reale. tūc q̄libet res nō est ꝓuertibilis ī q̄libet rē etiā ꝑ potētiā diuinā. Qz ꝑ nullā potentiā de⁹ est cōuertibilis ī creaturā nec ecōuerso. g̅ nō q̄libet res est ꝓuertibilis ī q̄libet rē. Cōseqntia patet. qz tā de⁹ q̄z creatura sunt entia realia. Antecedens ꝓbo. qz si aliq̄ potētia ḣ posset. illa maxime esset potētia diuina. sz illa nō. g̅ nlla. Probatio minoris. qz q̄n cūq̄z aliq̄ extrema sunt ad inuicē ꝓuertibilia. tūc tā esse q̄z ñ esse illoz extremoz est ī potētia ꝓuertētis. sz nihil intrinsece ꝓueniēs subest potētie diuīe q̄ztū ad esse ⁊ nō esse. g̅ ꝑ potētiā diuinā nō ꝑt de⁹ ꝓuertī creaturā. nec creatura ī deū. Maior patet. qz q̄cūq̄z illoz terminoz q̄ztū ad suū esse ⁊ nō esse nō esset plene ī ptāte ꝓuertētis. tūc nō posset illū terminū auertere a suo esse. ⁊ ꝓuertere ī alterz. Minor etiā patet. qz illud cui⁹ esse ⁊ ñ esse subest diuīe potētie. ḣ est ꝓtingēs seu possibile. ꝑt possibile distinguiť ꝯ puz necesse esse. sz oīe illud qd̄ de⁹ ꝓuenit ī trinsece est purū necesse esse. vt patet tā ꝑ theologos q̄z ꝑ phos. g̅ ⁊c. ¶ P. illud qd̄ impossibile est desinere a suo esse. ḣ ꝑ nullā potētiā ꝑt ꝓuerti ī alterū. sz ipossibile ē de⁹ desinere a suo esse. g̅ ⁊c. Maior patet. qz si termin⁹ a q̄ ipi⁹ ꝓuersiōis nō ꝑderet suū ꝑpriū esse. tūc nō ꝓuerteret ī alterz. Minor ꝓbať. qz puz necesse esse nō ꝑt ꝑdere suū esse. nā oīe qd̄ ꝑt ꝑdi ḣ ꝑt non esse. ⁊ ꝑ ꝓseqns nō est ncce esse. sz de⁹ est puz ncce ee g̅ ⁊c. ¶ Forte diceť q̄ actio q̄ ī suo termino ad quē no arguit aliquā mutatōez vl' limitatōez illa ꝑt ad deū seu ad naturā diuinā terminari. sz ꝓuersio nec mutatōez nec limitatōez arguit ī termino ad quē. qz corp⁹ xp̄i nec mutatuz nec limitatū est ex ꝓuersione substātie panis ī ipm. g̅ ⁊c. ¶ P. nō videť esse min⁹ possibile deū terminare actū ꝓuersionis q̄z actū incarnatōis. sz filī⁹ dei q̄ est ver⁹ de⁹ terminauit actū incarnatōis. qz alias nō possz dici incarnat⁹

Instantia 1

1

2

2

Solutio Ad.1. g ꝛc. ¶ Ad primũ nego minorẽ. qꝛ eo ipso q̃ aliq̃d ꝑt esse termin⁹ ꝟuersionis. sufficiẽter arguit q̃ sit limitatũ ꝛ mutabile. qꝛ ſbiectũ ẽ potẽtie ꝟuertẽtis q̃ztũ ad suũ esse ꝛ nõ esse. alias ꝟuertẽs nõ hr̃et posse aliq̃d ꝟuertẽdi in ipm.

¶ Etiã termini ꝟuersiõis mutuo ſũt ꝟuertibiles. ꝛ iõ q̃ potẽtia eſſz aliq̃d ꝟuertibile i deũ eadẽ potẽtia d⁹ i illud esset ꝟuertibil'. ꝛ p ꝟsequẽs d̃ necẽitate mutabil'. qꝛ ꝑderet ꝓpriũ eẽ. ꝛ ꝟuertereť i alienũ esse. ¶ Ad secũdũ dõm. q̃ act⁹ incarnatõis vno mõ dicit actũ q̃ tota trinitas corp⁹ xpi i ꝟgine formauit. ꝛ sic minor ẽ falsa. qꝛ vt sic incarnatõis act⁹ nõ terminabať ad filiũ dei. ſz terminabať ad hũanitatez vl' ad corp⁹ xpi. Alio mõ accipiť ꝑ actu vnionis. q̃ formata caro vnita ꝑsonaliter fuit ipsi dei filio. Et h̃ dupl'r. Qꝛ vno mõ act⁹ illi⁹ vnionis ꝑt accipi actiue. puta ꝓm q̃ tota trinitas actiue vniuit naturã hũanaz diuĩe nature in ipo dei filio. Alio mõ accipiť formal'r ꝑ ipsa vnione q̃ natura hũana formal'r dicit vnita ipi dei filio seu nature diuine ꝓut habet esse in filio. ¶ Primo mõ. tũc adhuc minor ẽ falsa. qꝛ act⁹ vnionis actiue accept⁹ nõ terminabať ad filiũ dei. ſz ei⁹ termin⁹ fuit ipa vnio iã ſcdo mõ dicta. illa em̃ vnio actiue accepta ꝟe ꝛ realiter terminabať ad vnionẽ formal'r acceptã. q̃ ꝟe ꝛ real'r est i ipa hũana natura. ¶ Sz loquẽdo d̃ ista vnione ſcdo mõ dicta. q̃ formaliter est i ipa hũana natura aſſũpta. tũc minor est ꝟa. maior aũt est falſa. qꝛ iſta vnio q̃ztuis dicat relationẽ realẽ fundatã i aſſũpta natura terminatã ad ipm dei filiũ cui tal' natura ẽ vnita. tm̃ i iſto termino. ſ. in dei filio. exh̃ q̃ in tpe terminat iſtã realẽ relationẽ ſeu vnionẽ. quã qm̃ qꝛ vſitato noie vocam⁹ incarnatõez. nõ ꝟuincit aliq̃ real' relatio esse i dei filio. ſz tantũmodo relatio ꝓm rõez. ꝛ ꝑ ꝟseqns ex terminatõe ipi incarnatõis nec actual' mutatio nec possibilis ꝟuincit cõpetere ipi deo. ſicut ꝟuinceret ſi esset termin⁹ ꝟuersionis creature in ipm. vt patet ex ꝑdictis. ¶ Forte dicet q̃ ex his dictis ſequit relatõez esse imediatũ terminũ actõis. qd̃ est ꝟ aresto. v. ꝛ. vij. phiſi. Probatio cõſequẽtie. qꝛ dictuz est q̃ vnio formal'r accepta ẽ relatio realis. ꝛ eadẽ vnio est termin⁹ vniõis actiue accepte q̃ est actio vnientis trinitatis.

Solutio. ¶ Ad iſtud ꝑt dici q̃ ꝛ ſi relatio nõ possit eẽ ꝑ ſe termin⁹ actõis ꝓductiue. tm̃ ncẽe est ponere relationẽ q̃ qꝛ esse terminũ actõis nõ ꝓductiue. ſicut est actio ordinatiua. vnitiua. ꝛ distinctiua. Nã actõis ordinatiue termin⁹ ẽ ordo. vnitiue vnio. ꝛ distinctiue distinctio. licz ordo vnio ꝛ distinctio ſint vere relationeq.

Cõclusio secũda. ¶ Cõclusio secũda est q̃ q̃libet creatura realẽ habẽs entitatẽ est ꝟuertibil' ꝑ diuinã potẽtiã i q̃ãlibet creaturã. Qꝛ agẽs plenũ habẽs posse ſup esse totale ꝛ ñ esse totale cuiuslibet creature ꝑt q̃ãlibet creaturã i q̃ãlibet creaturaz ꝟuertere. ſz d⁹ ẽ agẽs hmõi. g ꝛc. Maior patet ex plenitudĩe obediẽtie q̃ oĩs creatura totaliť ꝛ ꝑfecte ſbijciť prãti tal' agẽtis. Minor etiã patet. qꝛ nll'a creatura est ita determinata ad esse. q̃n d⁹ possit ipaz ãnihilare ꝛ redigere ad nõ esse. nec ẽ aliq̃ creatura ita d̃ebil' ꝛ indeterminata ad esse q̃n d⁹ eã possit semp ꝟseruare i esse. ¶ P. nõ est minoris potentie q̃ãlibet creaturã d̃ nihilo ꝓducere. q̃ q̃ãlibet creaturã i q̃ãlibet creaturã ꝟuertere. ſz q̃ãlibz creaturã vl' d⁹ creauit d̃ nihilo. vl' ſaltẽ ꝑt creare d̃ nihilo. g ꝛc. ¶ Sz forte dicet iſtud esse cõtra augustinũ. vij. ſup gen̄. vbi ait. q̃ nll'o mõ ꝑt corp⁹ ꝟuerti in ſpũm. nec ecõuerſo. ¶ Et q̃ſi eadẽ ꝟba ponit boeti⁹ in lib. de duabꝫ naturis ꝛ vna ꝑsona xpi. ¶ P. indiuiſibile posset fieri diuiſibile. Cõſeqntia patet. qꝛ multe creature ſunt diuiſibiles. ꝛ mlte indiuiſibiles. ¶ P. ſequiť q̃ ens ſimpliciť abſolutuz posset ꝟuerti in ens ſimpliciť reſpectiuũ. ¶ P. vl' hr̃e plenũ posse ſup esse ꝛ ñ esse rez est neceſſariũ ꝟseqns ad hr̃e potẽtiã ꝟuertẽdi q̃ãlibet iparũ rez i q̃ãlibet. vl' ecõuerſo hr̃e potẽtiã ꝟuertendi ẽ neceſſariũ ꝟseqns ad hr̃e posse ſup eẽ ꝛ ñ esse hmõi rez ꝟuertibiliũ. ¶ Si ꝑmo mõ tũc i ꝑma rõne adducta ꝑ ſcda cõclusione cõmittiť fallacia cõſeqntis. qꝛ ꝓcediť a positõe cõſeqntis ad positõez ãncedentis. ¶ Si ſcdo mõ. tũc i ꝑma rõne adducta ꝑ ꝑma cõclusione cõmittiť fallacia cõſeqntis. qꝛ ꝓcediť a destructõe ãncedẽtis ad destructõez cõſequentis. Exh̃ em̃ q̃ deo intrinſeca nõ ſbiacẽt potentie diuĩe q̃ztũ ad esse ꝛ ñ esse. cõcludiť final'r i illa rõne q̃ d⁹ nõ ꝑt cõuerti i creaturã. nec creata i deũ. g. ꝛc. ¶ Ad primũ cũ dicit q̃ iſta cõclusio est ꝟ augustinũ. nego. Ad ꝓbatõez dõm. q̃ aug⁹. ꝛ boeti⁹ cũ dicũt ſpũm nll'o mõ posse cõuerti i corp⁹. nõ loquunť ibi d̃ posse seu potẽtia dei. ſz d̃ potẽtia creature. ¶ Forte dicet q̃ ſi iſti ſancti loquũť ibi d̃ potẽtia creature. tũc nõ ſolũ debẽt dicere esse ipossibile ſpũm cõuerti i corp⁹. qꝛ etiã ꝟtute creata ñ ꝑt cõuerti corp⁹ in corp⁹. Nll'a em̃ potẽtia creata posset celũ cõuertere in terrã. nec ecõuerſo. imo forte nec aliq̃d corp⁹ ꝑt virt⁹ creata cõuertere i aliud corp⁹. Qꝛ licet virt⁹ creata possit vnũ corp⁹ d̃ ſpera actiuoꝫ ꝛ paſſiuoꝫ generare ex alio

Instantia

Instantia 1

Instantia 2

Solutio. Ad.1.

Instantia

tñ nõ pt vnũ ꝛuertere ĩ alteꝫ. sic ḣ loq̃mur de ꝛuersione. que nec ẽ generatio nec corruptio.

Solutio ¶ Rñdeo q̃ sic ĩ esse possibili ẽ dare grad⁹. sic ĩ esse ĩpossibili. qz sic illud dicim⁹ possibil⁹ esse qd̃ plẽs modos ꝛgruẽtie habet ad ḣ q̃ ponat ĩ esse. sic illud dicit ĩpossibil⁹ qd̃ hz plẽs modos repugnãtie ad ḣ q̃ ponat ĩ esse. Sup posito igit q̃ impossibile sit ꝟtute creata vnũ corp⁹ generabile ⁊ corruptibile ꝛuerti ĩ alteꝫ loq̃ndo d̃ ꝛuersione. put pscindit a generatõe ⁊ corruptõe. tñ min⁹ ẽ possibile virtute creata celũ ĩ aliqd̃ aliud corp⁹ ꝛuerti. qz ḣ magꝭ subterfugit potentiã creatã. qz celũ vl' non habet materiã ptẽ sui. vl' dato q̃ habeat materiã. tñ nõ habet eã cũ priuatõe ãnexa. ⁊ p ꝛseq̃ns celũ nec pt corrũpi nec generari p creatã ꝟtutẽ. Et sup hec oia ĩpossibilissimũ esse videt ꝟtute creata spũm ĩ corp⁹ ꝛuerti. qz oib̃ pdictꝭ ḣ maior appet repugnãtia. qz spũs caret omni materia ppe dicta. siue habeat priuatõez ãne xaz sic est materia corporꝫ iferiorꝫ. siue separata sit ab omni priuatõe. sic est materia corporꝫ superiorꝫ. Caret etiaz q̃ntitate ⁊ ceterꝭ accidẽtib̃ corpalib̃. ppter qd̃ minor ẽ ꝛformitas spũs ad corp⁹. q̃z corpis ad corp⁹. ⁊ p ꝛseq̃ns ĩpossibil⁹ est ꝟtute creata spũm ꝛuerti ĩ corpus. q̃z qd̃cũq̃z corp⁹ ĩ aliud corp⁹. dato bñ q̃ vtrũq̃z sit ĩpossibile. ¶ Istã igit maiorẽ ĩpossibilitatẽ plib̃ modis ꝛtingentẽ volũt exp̃mere isti sãcti cũ dicũt. q̃ nllo mõ pt corp⁹ ꝛũti ĩ spũm. Uñ istud signũ vniũsale negatiuũ nõ distribuit vniuersal'r potẽtiã. qz tũc dixissent. nulla potẽtia pt corpus ꝛuerti ĩ spũm. hz distribuit modos ĩpossibilitatꝭ respectu potẽtie create. sicut etiã patz ex forma ꝟbꝫ. qz dicit. nll'o mõ ⁊c. ¶ Qui aũt vellẽt breuit se expedire dicerẽt sic etiã aliq̃ dicũt. q̃ isti sãcti ñ pferũt illa verba determinatiue. hz recitatiue. puta recitãdo

Ad.2. aliorꝫ opiniones ¶ Ad secũm ꝛcedo ꝛseq̃ntiã ⁊ nego falsitatẽ ꝛseq̃ntis. qz virt⁹ diuĩa ñ min⁹ habet posse sup totale esse ⁊ ñ esse rei indiuisibil' q̃z rei diuisibil'. ⁊ iõ nõ min⁹ pt in diuisibile ꝛuertere ĩ diuisibile. q̃z vnũ diuisibile in aliud diuisibile. ¶ Etiã q̃z tũ ad ppetatẽ locutionis tũc ꝛseq̃ntia pt negari. qz ñ sequit. hoc

Ad.3. ꝛuertit ĩ ḣ. q̃ ḣ fit ḣ. sic patebit inferi⁹ ¶ Ad terciũ ꝛcedo ꝛseq̃ntiã. nec apper aliq̃ falsitas ꝛseq̃ntis. qz cũ entitas simpl'r absoluta p potentiã diuinã possit simplicit ãnihilari. ñ video q̃re p eandẽ potẽtiã nõ possit ĩ respectiuũ

Ad4.. ꝛuerti. ¶ Ad quartũ dicẽdũ q̃ ille due ppositiones sunt ꝛuertibiles. ⁊ ideo vnaq̃z pt esse ꝛseq̃ns ad aliã. ⁊ ecõuerso. Propter qd̃ q̃libz eaz ĩfert aliã tã affirmatiue q̃z negatiue. Ex q̃ ptz q̃ ĩ vtraq̃z pdictaz rõnum bñ ꝓcedit.

Quantũ ad secũdũ articulũ dicẽdũ. q̃ licz ex dictꝭ ĩ pcedẽti articulo satꝭ pateat sbam panis ꝛuertibilẽ esse ĩ corpus xpi p diuinã potẽtiã. qz vt dictũ est quãlibet creaturã de⁹ sua potẽtia pt in quãlibet aliã creaturã ꝛuertere. hz tã sba panis est creatura q̃z etiã corp⁹ xpi. q̃ ⁊c. ¶ Tñ q̃ d̃ facto ĩ sacro altarꝭ facta sit hmõi ꝛuersio. ḣ nlla rõe euidẽti pbari pt. eo q̃ sensus human⁹ nullã pcipiat mutatõez factã circa accidẽtia panis. p quaz rõ iudicare possit sbam panis nõ manere cõiunctã talib̃ accidẽtib̃ ¶ Iã dictã igit ꝛũsionẽ teneo. nõ ppter aliqua rationẽ cogẽtẽ. hz ppter sanctorꝫ autoritatẽ ⁊ sãcte matrꝭ ecclie determinatõez. ¶ Q, ẽm istud sit de intentõne sctõrꝫ. patz ĩ pcedẽti distinctõe. s. distinctõe. x. isti⁹ libri circa finẽ ill⁹ distinctõis vbi q̃ ad ḣ mgr̃ adducit autoritatẽ amb. eusebij. ⁊ augustini. ¶ Patet etiã ĩ decretꝭ de cõse. dist. q. vbi ml'torꝫ sctõrꝫ autoritates ĩ plib̃ ponũt capitulis ill⁹ distinctõis clarissime istã ꝛclusionez exp̃mẽtes. ¶ Q, etiã istud determinatũ sit p romanã ecclziaz. ḣ patz extra de sum. trĩ. ⁊ fide catho. firmit credim⁹. vbi sic dicit. Ihs xps sacerdos ẽ ⁊ sacrificiũ. cui⁹ corp⁹ ⁊ sanguis in sacro altarꝭ sb specie panis ⁊ vini ꝛtinet veraciter. trãsubstãtiatꝭ in corp⁹ pane ⁊ vino ĩ sanguinẽ ptãte diuĩa. Et ẽ ista decretal' accepta d̃ simbolo edito ĩ lateranẽsi cõcilio sb innocẽtio tercio. In q̃ simbolo ml'te fidei ꝟitates magis lucide expsse sunt. q̃z ĩ simbol' apl'orꝫ. ⁊ niceni ꝛcilij. vl' etiã athanasij. Inter q̃s ꝟitates credẽdas a q̃libet xpiano ḣ clare ponit. q̃ ĩ isto benedicto sacro panis trãsubstãtiat ĩ corp⁹ xpi. ⁊ vinũ ĩ sanguinẽ. ¶ Sz ꝛ istã veritatẽ sunt q̃tuor opiniões ¶ Quaꝫ vna ponit q̃ ĩ isto sacro cũ vero corpe xpi manet ꝟa sba panis. ¶ Motiua istꝭ opinionis poterãt esse ista. ¶ Si panis ꝛuertereť ĩ corp⁹ xpi. tũc opterez dare aliquẽ p se terminũ istꝭ ꝛuersiõis. hz ḣ ñ pt esse. igit ⁊c. Maior patz. Minor pbat. qz tal' termin⁹ vl' esset materia xpi cũ forma sbstãtiali. ⁊ ḣ nõ. qz tũc aia xpi esset p se ⁊ pmo sb sacramẽto ⁊ ñ ꝛcomitãter. cui⁹ oppositũ cõiter dicit. Vl' esset materia cũ accidẽtib̃. ⁊ ḣ ñ. qz tũc nõ esset ibi trãsubstãtiatio hz poti⁹ trãsaccidẽtatio. Etiã seq̃ret q̃ magꝭ p se ĩ sacro essent accidẽtia xpi q̃z forma sua sbstantialis. qd̃ videt omino incõueniẽs. Vl' esset materia sine

Articulus secund⁹

Opiniões ꝛtrarie.

Opio pri ma.

omni forma. ⁊ hꝰ ñ. qꝛ illud qd̄ cedit ī purā potentiā materie hꝰ ñ trāsubstātiat. sz potꝰ corrumpit ⁊ resolvit. ¶ P. terminus ad quē positue
2 mutatōnis. vl' accipit eē simpl'r. vl' suppositoē simpl'r accipit aliqd̄ esse. sz ꝯsio q̄ ē trāsubstātiatio ē mutatio positiua. igit si sba panis p trāsubstātiatōez ꝯuerteret in corpꝰ xpi. tūc vl' corpꝰ xpi d̄ nouo īciper eē accipiēdo eē simplicit. vl' semp augeret vl' alteraret accipiēdo
3 aliqd̄ esse. ¶ P. sic ad saluādā aliquā positionē naturalē. nō fuit aliq̄ ponēda q̄ rō natural' nō ꝯuincit. sic ad saluādā aliqd̄ credēdū ñ ꝛtem ponere hꝰ qd̄ oēm naturalē rōez excedit. nisi inq̄tū hꝰ ipꝛ vl' ex fide catholica. vl' ex scriptura sacra possim⁹ clare ꝛeducere. sz sba panis ꝯuerti ī corpꝰ xpi excedit oēm naturalē rationē. ⁊ ñ pt ꝯuinci ex scriptura sacra vl' ex aliq̄ articl'o fidei. g̃ istd̄ ñ ē ponēdū ad saluandū
4 corpꝰ xpi eē ī sacro. qd̄ simpl'r ē credēdū. ¶ P. frustra fit p pl'a qd̄ fieri pt p paucioza. maxie si fit eq̄ bñ. sz tota substātia panis manēte in sacro eq bñ possum⁹ saluare ve corpꝰ xpi esse ī ipo sacro. g̃ ⁊c. ¶ Maior ptz. i. phisi. ⁊ m'tis alijs ꝓtibꝯ phic. ¶ Minor etiā patz. qꝛ ñ minꝰ possz corpꝰ xpi esse sil' cū tota substātia panis q̄z cū ipa q̄ztitate panis sine substātia panis. qꝛ substātia ñ ēsistit corpꝰ ī eodē loco nisi rōe
5 q̄ztitatis ānexe. ¶ P. cū istud sacm̄ sit institutū ad salutē hoīm. nō q̄ztū veritatē istius sacri saluare possum⁹ cū minori repugnātia ad naturale iudiciū hꝰ facere tenemur. sz ponēdo sbstantiā panis manere cū ꝯo corpe xpi in isto sacro mior videt repugnātia ad naṫale iudiciū rōis. g̃ ⁊c. ¶ Maior patz. qꝛ ponēs maiorē repugnātiā q̄z optet ad saluādum aliquē fidei articulū. talis facit q̄ hmōi articul⁹ ꝯtēnit ab eis q̄ innituntur naturali rōi. ⁊ p ꝯseqns tractādo d̄ sacro salutis aūtit hoīes a ꝯsecutōe sue salutis. ¶ Minor etiā ptz. qꝛ m'to facili⁹ q̄libet innitēs naturali rōi flecteret itellectū suū ad credendū ve corpꝰ xpi abscōdite ⁊ supnatural'r esse sub sacro. q̄z cū ista difficultate credat ibi nō esse ve panē. cū tñ ibi videat panis colorē. gustet panis saporē. tangat panis supficiē.
6 ¶ D. si nō manet substātia panis. tūc naturalis significatio accidētiū remanētiū erit falsa. Cōseqns est incōueniēs. qꝛ ī sacro veritatis nl'a ꝛeber esse falsitas. Cōseqntia pbat. qꝛ accidētia foris relucētia natural'r significāt substātias q̄s informāt. ¶ P. ꝛat⁹ ambrosi⁹ di
7 cit. q̄ in isto sacro nihil fit sil'e pstigijs magoꝝ vbi ꝛceptōne quadā fallunt oculi. vt videat esse qd̄ nō est. sz in sacro videt esse panis. ergo ibi est panis. alias videret ibi esse qd̄ nō esset ibi. ¶ Et cōfirmat. qꝛ accidētia magnā partē ꝯferūt ad cognoscēdū q̄ qd̄ est. vt dicit p̄mo de aia. g̃ vbi accidētia ponunt ⁊ subtrahit q̄ qd̄ est. i. substātia. ibi fit ꝛceptio. sz ī sacro veritatis nl'a fit ꝛceptio. ¶ P. qñcūq̄z aliq̄ corporal' substātia ꝯuertit ī aliqd̄ corpꝰ p̄existēs tūc ex hmōi ꝯuersione illud corpꝰ augeat. sed corpꝰ xpi ex ꝯsecratōe nō augeat. g̃ nl'a corpalis substātia in ipm ꝯuertit. ¶ Isti opinioni doctoꝝ cōis ascribit tria mala. Dicit em̄ p̄mo q̄ sit incōpetens huic sacro. Scd̄o q̄ sit ipossibilis. Tercio q̄ sit heretica. ¶ Primū pbat. qꝛ esset occasio idolatrie si hostie veneratō latrie exhiberet remanente substātia panis sub ipa hostia. ¶ Scd̄m pbat. qꝛ ipossibile est aliqd̄ nūc esse vbi p̄mo nō fuit. nisi vl' ipo mutato. vl' altero in ipm. Sz corpꝰ xpi est siml' ī diūsis altaribꝯ post bñdictōez in q̄bꝯ añ nō fuit. Si g̃ hꝰ nō fit p ꝯuersionē panis in ipm tūc fieret p motū ppriū. ⁊ hꝰ est impossibile. qꝛ tunc vnū corpꝰ numero moueret sil' ad diūsa loca. ¶ Terciū pbat p hꝰ. qꝛ ista opinio ꝯtradicit ꝓitati scripture. qꝛ si maneret panis. tūc hec scriptura q̄ ī psona xpi dicit. hꝰ est corpus meū. nō esset ꝓa. ¶ Sz salua istiꝰ magni doctoris sanctitate ⁊ reuerētia. nō videt mihi q̄ sue rōes ꝯuincāt ista q̄ iponit huic opinioni

Cōfirmatio.

Sanctus tho. dis. q. q. 1.

Cōtra thomam.

¶ Nō primū. qꝛ nō est pl⁹ diuini numinis ī accidēte panis q̄z ī substātia panis. g̃ sic nō obstāte q̄ accidētia panis remanētia sint vere creature. tñ sub ill' accidētibꝯ xps adorat adoratōe latrie. ⁊ nō cōmittit ex hꝰ aliq̄ idolatria. sic si remaneret substātia panis nō obstāte q̄ esset creatura. xps sub illa substātia existēs sicut nūc sub accidētibꝯ adorari posset adoratione latrie absq̄ vicio idolatrie. ¶ Nec scd̄m qꝛ tota ꝛeductōe ꝯcessa in cōueniēs ad qd̄ ꝛeducit nō est omino ipossibile. vt appet ex dictis ī distinctōe prima p̄cedēti q̄stione. i. arti. i. ¶ Nec terciū. qꝛ sic nō obstante q̄ remanet q̄ztitas corpalis q̄ est corpꝰ ꝛe p̄dicamēto q̄ztitatis. tñ seruat veritas scripture q̄ dicit ī psona xpi. hꝰ ē corpꝰ meū. sic nihil minꝰ si ex ordinatōe diuia maneret substātia panis q̄ ē corpus xp̄ dicamēto substātie eadē ꝓitas saluret. ¶ Vñ semp saluo meliori iudicio nō videt mihi q̄ ante ꝛeterminationē sancte matris ecclie quā superiꝰ recitaui ista opio fuerit heretica reputāda. Nec scio aliquē q̄ post illā ꝛeterminatōez istā opinionē asseruerit. nisi iohānes parisiēs ordinis p̄dicatoꝝ. q̄ posuit paneitatē remanere ne accidētia ī isto sacro esset

Nota.

Solutio Ad.1.

sine subiecto. Propter qd vt dicit excōicatus fuit p cpm parisiēsem. ¶ Ad pmū g motiuū istī opinionis dicēdū q minor ñ est ya. Ad pbatōez dicēdū q p se termin istī conuersiōis ē corp xpi. put corp est altera ps cōpositi distincta ctra formā sbalez hūanitatis xpi. Sz qd intelligat p istud corp. videbit dño cōcedente infra dist. xiij ¶ Ad scdm dicendū q accipe aliqd esse pt duplr intelligi. Uno mō intrinsece ⁊ pfectiue. Alio mō extrinsece ⁊ aliq mō venoiatiue. Primo mō tūc maior nō ē ya. Secdo mō tūc maior pt concedi. qz corpus xpi ex illa conuersione accipit h esse. est em aliq mō ibi vbi pmo nō fuit. Sub isto aūt sensu cessis pmissis nō sequit conclusio q inferit. qz tā esse augmētatōis q esse alteratōis sunt ē intrinsece suū pfectibile respicientia aliqd realē ipo ponētia. ¶ Forte dices me incidere in illud qd volo vitare. qz corp non capit h esse nisi capiat nouū vbi. sz vbi est accidēs reale sbiectiue existēs ī re locata. g si corp xpi accipiat h esse ppter conuersionē panis in ipm. tūc accipiet esse tale qd p informatōez se habebit ad ipm tanq aliqd sibi intrinsecū. ¶ Rndeo q licet corp capiēs h esse circūscriptiue. ꝛc capiat nouū vbi. tn si ita capiat h esse determinatiue q ppter h nō est h circūscriptiue. tunc ex h nō recipit aliqd vbi. qd patet. qz vbi derelinquit ī re locata ex locātis circūscriptōe. vt patet in li. vi. pncipioz. Sz vt patet ex dictis in distinctōe. x. corp xpi nō est ī sacro qtitatiue: nec p consequens circūscriptiue. qz qd a loco circūscribit h loco cōmensurat. qd fieri nō pt nisi ipm sit in hmōi loco quātitatiue. Solūmodo igit determinatiue est corp xpi in tali loco in q sunt accidētia panis q remanēt post factā consecratōez. h em determinatū est p diuinā voluntatē q in omi loco sit corp xpi in q sunt hmōi accidētia. ⁊ ideo corp xpi nō recipit aliqd vbi a loco in q est sacraliter. licet realiter fundet vnū vbi. puenies ex circūscriptōe corpis celestis in q est qtitatiue: ⁊ p consequens circūscriptiue. ¶ Ad terciū pt dici q maior ē insufficiēs. qz dato q aliqs modus circa credēda nō pateat clare ex scriptura sacra. vel ex articulis fidei. tn si concilū romane ecclie h determinauit esse tenendū tūc quilibet catholicus tenet credere illo modū esse vez ⁊ ī mutabiliter obseruandū. Unde etiā beatus augustinus dixit. q euāgelio dei nō crederet. nisi ab ecclesia dei esset approbatū. Cū igit modus conuersiōis substātie panis ī corp xpi. ⁊ vini in sanguinē sit expresse determinatus p ecclesiā romanā ī vniuersali concilio. vt patuit superius. ideo q libet catholicus tenet credere illū modū ē vez ¶ Ad quartū dicēdū q maior nō est vera loquendo d his q mere dependēt a diuina volūtate. qz si deus voluisset ipe eq bn saluasset nos ex solo placito volūtatis sue absq passione vnigeniti filij sui. ⁊ sine sacramentorum institutione. sicut pro nunc nos saluat mediante vnigeniti sui passione ⁊ sacramētoz collatōe. ⁊ tamē ñ est dicēdū q ista sint frustra. licet deus nos saluare potuerit p paucioza. ¶ Ad quintū dicēdū q in assertōe eoz q spectāt ad fidē. nō est aspicienda ad illud qd min repugnat naturali rōni. sz debem respicere ad illd qd min repugnat scripture ⁊ determinatōi sancte matris ecclie. ac dictis sanctoz q reuelatōe spūsanci multas veritates q sup naturā sunt. in suis libris conscripserūt. inter qs veritates vna est. q substātia panis cōuertit in corp xpi. vt patet ex superius allegatis. Uñ licet min repugnet naturali rōni q deus saluet mundū p vnū hoiem natū p m naturalē cursuz hūane generatōis. sicut iudei loquunt d messia nascituro. q per vnū hoiez natū ex intacta virgine. sic ponūt xpiani. ⁊ tn ex h non sequit q melior sit fides iudeoz q fides xpianoz. Sic in ppositio ꝛc. ¶ Cur aūt deus illud qd p paucioza miracula posset facere. facit p plura miracula. Ad hāc q stiuncula pt dici. q h deus facit duplici d causa. ¶ Prima est. vt hi q se ad fidē suscipiendā humiliāt magis mereant intellectū suū captiuando in obsequiū fidei. ¶ Secda est vt sup bi huius seculi d suo sensu gloriātes videres ñ videāt. ⁊ intelligēres nō intelligāt. vt sic stultam faciat deus sapiētiā huius mūdi. sic ait apls ¶ Ad sextū nego consequentiā. Ad pbatōez dicendū q licz hmōi accidētia deriuata suo cursui naturali informēt sbam. ⁊ p consequēs significēt eā. tn illo cursu mutato p cām supnaturalē separantez hmōi accidētia a sba. tūc hmōi accidētia nō significāt sbam actu sz aptitudine. Illud aūt significāt actu ad qd significādū instituunt p illā cām q hmōi accidētia a sua sba separant. ¶ Et iō accidētia ī sacro altaris remanētia sbam panis nō significāt naturali sua significatōne actu sz aptitudīe. Sic nec actu informāt eā licet sint apta nata eā informare. actu ꝛo significāt corp xpi qd ex diuine institutōis determinatōe actualr pñs ē hmōi accidētib ¶ Ad septimū dcdm. q ñ est sile d pstigijs magoz. qz ī hmōi pstigijs oculi exteriores fallunt. qz illud qd indicāt nō est. Illa em accidētia q apparēt nō sunt realr ta/

Ad.2.

Instantia

Soluno.

Ad.3.

Ad.4.

Nota.

Ad.6.

Ad.7.

lia q̃lia apparet. Sz oculi ñ recipiunt ī isto
sacro. imo sensus īmunes a receptōe reddunt
vt dicit ī ſmone q̃ legit ī festo corpis xpi. sen/
sus em̃ realiter repiūt in istis accidētib̃ sua ob
iecta absqz receptōe. qd̃ nō ꝯtingit in magicis
Instantia opatōib̃. ¶ Forte dicet q̃ licet oculi exterio
res nō recipiant. tm̃ interior oculus puta intel/
lectus recipit. q̃ iudicat ibi esse sbam panis cuz
Solutio. nō sit. ¶ Rñdeo q̃ intellectus fidel' nō recipit.
qz ſm fidē suā iudicat sub ill' accidētib̃ eē ve/
rū corpus xpi. qd̃ etiā ſe est ibi. Sz si ē infidel'
tūc recipit. z h̄ nō īmerito. qz infidelitas ē cō
plemētū oīs mortifere receptōis. ¶ Et per h̄
etiā patet ad ꝯfirmatōez. qz q̃zuis accidentia
faciāt ad cognoscēdū q̃ q̃d est. tm̃ fidel' nō iu/
dicat ibi esse q̃ q̃d ē panis. sz potius iudicat ibi
Ad.8. esse q̃ q̃d est corpis xpi ¶ Ad octauū dicēdū
q̃ licet maior sit ſa q̃ tal' ꝯuersio fit p motū
augmentatōis. tm̃ nō est vera q̃ fit p modū
gentiles. ⁊ ideo cōsiliū fuit circa tpa cōstanti
ni impatoris. vt in casu p̄dicto ꝯiunx fidelis
maneret cū infideli de natōne gentiū. nō autē
de natōe iudeoz. Nūc autē in istis tpib̄ nō
solū iudei vez etiā gentiles vt plurimū sunt
obstinati. ⁊ hoc quantū ad saracenos ppter
peruersas leges ipi⁹ machmeti. ⁊ ideo p nunc
expedit vt fidelis ab infideli siue sit gētilis si/
Ad. 2. ue iude⁹ citi⁹ sepetur. ¶ Ad secundū dicēdū
q̃ licet infidelitas nō sit fornicatio corpalis.
tamē est fornicatio spūalis. qz in vera fide de/
sponsant deo anime humane. Juxta q̃ dixit
beata agnes. Anulo fidei sue subarrauit me
domin⁹ me⁹ ihesus christ⁹. Propter q̃ omis/
anima infidelis quasi fornicādo recedit a ve
ro suo sponso dño ihesu christo. ⁊ per ꝯseqns
a fideli cōiuge qui fide et amore vnit christo
infidelis merito sepatur. Et hinc est q̃ plures
pphetaz animā infidelē describūt p modum
meretricis adultere q̃ recessit a legitimo suo vi
ro. ¶ Ad terciū dicendū q̃ in tribb̄ casib̄ po/
Ad. 3. test aliā ducere. Quoz prim⁹ est: si infidelis
nō vult cohabitare fideli. Secūdus si vult
cohabitare. tamē nō sine blasphemia creato/
ris. Terci⁹ si sine blasphemia creatoris. tamē
nō sine scandalo cōiugis. puta ipm cōiugem
trahēdo ad aliqd̄ mortale peccatū. Et ista est
determinatio innocētij tercij. extra de diuoz.
c. quāto. vbi sic ait. Si enī alter infideliū cōi/
iugū ad fidē catholicā ꝯuertat. altero vl nul
lo modo. vel nō sine blasphemia diuini no/
minis. vl vt eū pertrahat ad mortale peccatū
ei cohabitare volēte. ad secūda si voluerit vo
ta trāsibit. ¶ Ad pbationē dicendū q̃ vincu
lū matrimonij infideliū ꝯiugū nō est simpli/
citer indissolubile. et ideo post verba p̄dicta
subdit innocētius. Nā ⁊ si matrimoniū verū
inter infideles existat. nō tñ est ratū.

Quātū ad terciū articulū sciendū q̃ ꝯsanguinitas cōmuniter diffinit sic. Cōsanguinitas est vinculū personarū ab eodē stipite descendentiū carnali p/ pagatione ꝯtractū. Stipes ḣ appellat persona a qua tanq̃z a primo vno principio hi qui sunt cōsanguinei pcesserunt. ¶ Linea ḣo cō sanguinitatis est ordo huiusmodi personarū fm determinatos grados ab inuicem distan tium. ¶ Huiusmodi autē ordo potest tripli citer accipi scilicet in altū. in profundū. et in latū. Et fm hoc tres dicunt linee cōsanguini tatis. scilicet ascendēs. descendens. ⁊ transuer salis. ¶ In linea ascendente primū gradum faciunt pater ⁊ mater. Secundū gradū auus ⁊ auia. Terciū proauus ⁊ pauia. Quartū at tauus ⁊ attauia. ¶ In linea descendente pri/ mum gradū faciūt filius ⁊ filia. Secūdū ne pos ⁊ neptis. Terciū pnepos ⁊ pneptis. Quar tum abnepos ⁊ abneptis. ¶ In linea ḣo trās uersali primū gradū faciunt duo fratres seu due sorores seu frater ⁊ soror. Secundū filij duorum fratrū qui dicunt fratueles. vel filij duarū sororū qui dicunt cōsobrini. Terciz nepotes duoz fratrū vel duarū sororū vl fra tris ⁊ sororis. Quartū pnepotes eorū. ¶ Est**

Distinctio pl. Articulus tercius.

etiã hic aduertẽdũ q̃ in linea trãsuersali quo to gradu ꝑsona distant a stipite. toto gradu distant inter se. Et si vna ꝑsona magis q̃z alia distat a stipite. tũc distãtia hmõi ꝑsonarũ ꝛeꝛ accipi ꝓ̃m distantiã remotioꝛis ꝑsone. Verbi gratia. Duoꝛ fratꝛes nepotes distant a patre illoꝛ fratꝛ in tercio gradu. ideo distant inter se ĩ tercio gradu. Sꝫ nepos vnius fratris 7 ꝑnepos alteri⁹ fratris distãt inter se in quarto gradu. eo q̃ ꝑnepos alteri⁹ fratr̃ distat a stipite. s. a patre illoꝛũ fratrũ in quarto gradu.

Articulus quartus.

Quãtũ ad quartuz

articulũ pono duas cõclusiones. Vnã circa matrimoniũ fideliũ. Aliã circa matrimoniũ infideliũ. ¶ Prima est q̃ fideles ꝓhibentur cõtrahere matrimoniũ vsq̃z ad quartũ gradum cõsanguinitatis inclusiue. 7 hoc ꝑ tanto. qꝛ vsq̃z ad illũ gradũ durat ex ꝓpinquitate naturali inter homines amicicia. igit̃ non est necesse infra illũ gradũ homies cõtrahere fedus amicicie mediãte matrimonio ¶ Ista cõclusio determinata est ꝑ generale cõcilium extra de ꝓsanguinitate 7 affinitate. c. nõ debz. vbi innocenti⁹ papa sic ait. Prohibitio quoq̃z copule cõiugalis quartũ cõsanguinitatis 7 affinitatis gradũ de cetero nõ excedat. qꝛ in vlterioꝛibꝫ gradibꝫ iã non potest absq̃z graui dispendio hmõi ꝓhibitio generaliter obseruari. At circa finẽ eiusdẽ. c. sic cõcludit. Cũ ergo iam vsq̃z ad quartũ gradũ ꝓhibitio cõiugalis copule sit restricta. eã ita volum⁹ esse ꝑpetuã nõ obstantibꝫ cõstitutõnibꝫ siq̃ hoc dudũ editis. vel ab aliis. vel a nobis. vt si quis cõtra ꝓhibitionẽ hmõi ꝑsumpserit copulari nulla longinquitate defendat annoꝛ. cũ diuturnitas tẽpoꝛis nõ minuat peccatũ. Sꝫ augeat. tantoq̃z sunt grauioꝛa crimina: quãto diutius infelicẽ animã detinent alligatã. ¶ Ex q̃ patet q̃ per istud statutũ cõcilij generalis tollunt̃ tres grad⁹ ꝓhibitõnis. qꝛ ꝓ̃m antiq̃ iura nõ licuit alicui cõtrahere matrimoniũ infra septimũ gradũ cõsanguinitatis. vt patet. xxx v. q. v. c. ad sedẽ ¶ Cõclusio secũda est q̃ homines nõ baptizati extra xp̃ianã fidẽ degẽtes possunt cõtrahere ꝛeꝛ matrimoniũ infra gradũ christianis ꝓhibitũ. Qꝛ tales vel sunt iudei innitentes legi a domino date ꝑ moysen. vl̃ sunt gentiles innitẽtes legi nature. Si sũt iudei. tũc possunt cõtrahere in tercio 7 quarto gradu. vt patet Leuit. xviij. c. vbi solũ per legẽ ipis datã ꝓhibent̃ in primo 7 secũdo gradu. Si gentiles solũmodo innitẽtes legi nature. tũc ꝛeꝛ matrimoniũ cõtrahũt in secundo gradu. Qꝛ quãuis lex positiua scripta hoc ꝓhibeat. tamẽ lex nature hoc nõ videt ꝓhibere. qõ bene patuit in antiquis patribꝫ. qui legem mosaicã ꝑcesserũt. Nã sara vxoꝛ abraaz fuit soꝛoꝛ sua ex parte patris. 7 lya vxoꝛ iacob fuit cõsobrina sua. cũ fuerit filia laban qui fuit frater rebecce matris ipsi⁹ iacob. ¶ P. si iudei vel gentiles infra ꝑdictos grad⁹ nõ haberent ꝛeꝛ matrimoniũ. tũc posito q̃ aliqui ĩfra ꝑdictos gradus copulati ad fidẽ christianaz ꝛeuerterent̃. ecclesia nõ pateret eos manere cõiunctos. Sꝫ cõsequẽs est falsuz. ergo 7 antecedens. Cõsequẽtia patet. qꝛ in his qui ad fidem cõuertunt̃ eccl'ia nõ patit̃ adulterina cõiugia. Sꝫ falsitas cõsequẽtis euidẽter habet̃ extra de cõsanguinitate 7 affinitate. c. de infidelib⁹. vbi dicit innocẽtius. q̃ matrimoniuz ꝓ̃m legẽ veterẽ infra graduz cõsanguinitatis ꝓtractũ. post baptismũ nõ est separandũ. Et idẽ patet extra de diuoꝛtijs. c. gaudem⁹. 7. c. is qui ecclesiã suã. ¶ Ad argumẽtũ principale dicendũ q̃ minoꝛ nõ est vera. qꝛ infidelitas ꝑ se sumpta nõ impedit matrimoniũ. sꝫ solũ ꝑ accidẽs. puta rõe disparitatis ĩ cultu ¶ Etiã ꝓsanguinitas in gradibꝫ ꝑdictis nõ impedit matrimoniũ per se vel ꝓ̃m se. sꝫ solũ ratõne statuti ecclesie vel legis mosayce Nã ꝓ̃m legẽ nature ꝑles nõ ꝓhibet̃ cõtrahere nisi cũ stipite. sicut dicũt aliqui magni doctoꝛes. quia ꝓtra omẽ dictamẽ recte ratõis semꝑ fuit q̃ filia esset vxoꝛ patris. vel fili⁹ esset mater̃. Et ideo filie Loth peccauerũt cõtra legẽ nature. quãdo patri suo iebriato se suppoſuerũt. Sꝫ abraam nõ peccauit quãdo soꝛoꝛẽ suã in vxoꝛez duxit. Nõ em̃ peccauit cõtra legẽ scriptã quia nondũ erat lex scripta q̃ hoc postea ꝓhibuit. vt patet Leuit. xviij. Nec etiã aliq̃ modo putandũ est q̃ vir tante perfectõnis cõtra legẽ nature peccauerit. q̃ tamẽ vtiq̃z fecisset si accipe soꝛoꝛẽ in vxoꝛẽ cõtra legẽ nature fuisset̃z qꝛ sicut ipemet fatet̃ Beñ. xx. sara vxoꝛ sua fuit soꝛoꝛ sua filia patris sui.

Cõclusio secunda.

Ad principale argu.

¶ Distinctio. xli. et. xlij.

Nunc de affi

nitate. Postq̃z mgr̃ tractauit de cult⁹ disparitate 7 cognatione carnali. nunc in his duabꝫ distinctionibꝫ

vltimis tractat⁹ de matrimonio incipit determinare de affinitate ⁊ cognatõe spũali ac etiã legali. Et diuidit in duas ptes. Quia primo tractat de affinitatis circa matrimoniũ impeditione. Secũdo de spũali ac legali cognatione. dist. xliij. ibi. De parentaliũ graduũ. Pria in tres. Qz primo ostẽdit qualiter p affinitatem cõiugales cõtract⁹ impediant. Secũdo innuit q̃ quibusdã peccatis iura affinitatis violant. Et tercio distinguit de aliquib⁹ que ex gradib⁹ affinitatis causant. Secũda ibi. Dic sciendũ est. Tercia ibi. Attendendũ est. Prima in duas. Qz primo tractat de impedimẽtis ⁊ gradib⁹ affinitatis. Secũdo ostẽdit quomodo sepat matrimoniũ hmõi gradib⁹ violatis. ibi. Et est sciẽdũ. Prima ĩ tres Quia ꝓmo ostẽdit p quot grad⁹ affinitatis impedit matrimoniũ. Secũdo obijcit in cõtrariũ. Et tercio respõdet ex sentẽtia pape gregorij ad quendã affinitat⁹ casũ. Secũda ibi. Sz alij. Tercia ibi. Illud etiã non est ptereundũ. ¶ Sequit distinctio. xliij. In q̃ magister determinat de spũali ⁊ legali cognatõne. Et diuidit in tres ptes. Nã primo cõtinuat dicta dicẽdis. Secũdo tractat de impedimẽtis puenientib⁹ ex vinculo spũalis et legalis cognatõnis. Et tercio determinat de nuptijs iteratis. Secũda ibi. Spũales filij sũt. Tercia ibi. Sciendũ est etiã. Istaꝫ secũda diuidit in duas ptes. Nã primo ostẽdit qualiter ⁊ quot modis spũalis cognatõ ꝓtrahat. Secundo quomodo p ipam matrimoniũ impediat. ibi. Q, autẽ cõpater. Et hecĩ tres. Prima primo ostẽdit qualiter matrimoniũ impedit spũalis cognatio directa. Secũdo quomodo indirecta. Tercio determinat quedã incidentia. Secũda ibi. Solet etiã queri si cõmatrẽ. Tercia ibi. Solet etiã q̃ri si vxor. Prima in duas. Nã primo ostẽdit distincte quomodo matrimoniũ patit impedimentũ ex cognatõe spũali. Secũdo ostẽdit hoc idẽ simil ex spũali ⁊ legali. ibi. Q, aũt spũales. Prima in tres. Nã primo determinat suũ ꝓpositum Secũdo infert q̃dã corrclariũ. Et tercio inducit ⁊ soluit incidẽs dubiũ q̃d ꝓdictis videt esse ꝓtrariũ. Secũda ibi. Ex his appet. Tercia ibi. His autẽ obuiare videt. ¶ Hec est diuisio ⁊ sentẽtia istaꝫ distinctionũ. l. xli. et. xliij. in generali. circa quas q̃ro in speciali.

Vtrũ affinitas impediat matrimoniũ. ¶ Videt q̃ nõ. qz q̃d de se nihil est hoc ñ potest aliq̃d impedire. Sz affinitas ꝑ se nihil esse videt. ergo ⁊c. Maior videt esse nota. Probat minor. qz omne q̃d est vel est res absoluta. vl relata. Sz affinitas ñ est res absoluta. vt de se patet. nec relata. qz relatio nõ potest cõuenire alicui sine aliq̃ absoluto fundamẽto. iz aliquis potest acq̃rere affinitatẽ absq̃ acquisitõe cuiuscũq̃ rei absolute vt ex dicẽdis patebit. ergo ⁊c. ¶ Cõtra. non min⁹ impedit matrimoniũ affinitas. q̃z publice honestatis iusticia. vel spũalis ⁊ legalis cognatio. Sz ista tria impediũt mr̃imoniũ. vt in ꝓcessu ist⁹ q̃stionis patebit. ergo ⁊c. ¶ In isto vltimo argumẽto q̃ttuor tangunt. ꝑ quorũ vnoquoq̃z in p̃senti q̃stione videndũ ẽ q̃d sit in se. ⁊ vtrũ matrimoniũ valeat impedire. ¶ Et primo de publice honestatis iusticia. ¶ Secũdo de affinitate. Et hoc quantũ ad dist. xli. ¶ Tercio de spũali cognatõne ¶ Et quarto de legali cognatõne. Et hoc quantuz ad distinctionẽ. xliij.

Quantũ ad primũ

Articulus primus

est aduertendũ. q̃ fm theologos ac etiã canonistas publice honestatis iusticia sic diffinit. Publice honestatis iusticia est ꝓpinquitas ex spõsalib⁹ pueniens. robur trahẽs ab ecclesie institutõne ꝓpter ei⁹ honestatẽ. ¶ Ad intellectũ ist⁹ diffinitõnis optet videre q̃d sint sponsalia. ⁊ qualiter cõtrahant. Et de hoc require dist. xxvij. articulo quarto. ¶ In ĩã dicta diffinitione ꝓpinquitas ponit pro genere. Nã in hoc publice honestatis iusticia cõuenit cũ affinitate ⁊ cognatõe. Sz cetera ponunt p differẽtijs. Nã per hoc q̃ publice honestatis iusticia a spõsalib⁹ puenit. differt ab affinitate. que est ꝓpinquitas puenies a carnali copula ⁊ a spũali cognatõne q̃ puenit ex his que fiũt circa aliquoz sacramentoz collationẽ. ⁊ a legali cognatõe que puenit per legalem adoptionẽ. Et p hoc q̃ addit. robur trahens ab ecclie institutõe. differt ab illa ꝓpinquitate que dicit cõsanguinitas. que nõ puenit ab ecclie institutõe. iz a naturali generatione. ¶ Ulteri⁹ est hic aduertendũ. q̃ ista ꝓpinquitas que dicit publice honestatis iusticia. extendit se ad omes cõsanguineos. ita q̃ sponsus hac ꝓpinquitate dicet ꝓpinqu⁹ omnib⁹ cõsanguineis sue sponse. ⁊ sponsa est ꝓpinqua omib⁹ cõsanguineis sui sponsi ¶ Et ideo dato q̃ sponsalia dissoluant ita q̃ matrimoniũ inter spõsum ⁊ spõsam nõ perficiat. tamẽ ratõe iã dicte ꝓpinquitatis que dicit publice honestatis iusticia. sponsus non potest

Quid sit publice honestatis iusticia.

contrahere matrimoniũ cũ aliqua cõsanguinea
siue sponse. nec econuerso spõsa cũ aliquo cõsan
guineo sui sponsi. ¶ Et istud patet. xxvij. q.
ij. c. Si quis vxorẽ. Et idẽ patet extra de de/
sponsatõe impubeꝝ. c. Cõtinebat. vbi circa fi
nem illꝰ capituli alexander tercꝰ ait sic. Si
vero puella infra nubiles annos alicui desspõ
sata fuerit. nõ licet alicui de cõsanguinitate illi
us cui desspõsata fuit eã ducere in vxorẽ. Nec
phas est eidẽ sponso de cõsanguinitate spõse
sibi aliquã copulare. ¶ Cũ igit cõsanguini/
tas phibens matrimoniũ duret vsqꝫ ad quar
tũ gradũ inclusiue. vt patuit in pcedenti que
stione. ideo dicũt doctores iurꝭ q publice ho
nestatis iusticia phibet matrimoniũ vsqꝫ ad
quintũ gradũ cõsanguinitatꝭ exclusiue. ¶ Est
etiã aduertendũ q sponsalia de facto cõtracta
sine iure cõtra phibitionẽ ecclie etiã causãt
pdictã ppinquitatẽ. Verbi gratia. Si aliqꝭ
cõtrahit sponsalia cũ aliqua sua cõsanguinea
hoc de iure nõ potest. quãuis de facto hoc faci
at. talis nunqꝫ potest cõtrahere cũ aliqua cõ/
sanguinea illꝰ spõse. nec illa cũ aliquo cõsan/
guineo illꝰ sponsi. Et idẽ dicendũ est in omi
bus aliis casibꝰ ĩ quibꝰ sponsalia nõ sunt ve/
ra. sꝫ solũ psumpta. nec de iure. sꝫ solũ de facto
cõtracta. hoc dũtaxat excepto si pueri cõtra/
hentes spõsalia fuerũt infra septẽ annos. ꝛ ñ
approbauerũt cõtractũ factũ postꝫ septẽnũ
attigerũt. tũc em ex tali cõtractu nec aggene/
rat impedimentũ masculo. quin possit matri
moniũ cõtrahere cũ sorore ipꝰ puelle. nec ipi
puelle quin possit cõtrahere cũ fratre ipꝰ ma
sculi. ¶ Nec patẽt. xxvij. q. ij. c. quidã desspon
sauit. ꝛ extra de spon. ꝛ mri. c. ad audientiã.

Articulus secundꝰ

Quantũ ad secũdũ

Quid sit affinitas

articulũ est sciendũ q affinitas sic diffinitur.
Affinitas est plonarꝫ propinitas puenies ex
carnali copula carẽs omi parentela. Dic ppi
initas ponit p genere. cetera p differẽtijs. Ita
p hoc q puenit ex carnali copula differt a pu
blice honestatis iusticia. ꝛ spũali ac legali co
gnatõe. Sꝫ p hoc q caret parẽtela differt a
cognatõe carnali. ¶ Notãter etiã dicit ĩ ista
diffinitõe. carnalis copula ꝛ nõ cõiugalis. qꝛ
siue copula sit fornicaria siue legitima. dum
modo sit naturalis ꝛ cõpleta. semper generat
ista ppinitas qua masculꝰ efficit affinis omi
bus cõsanguineis ipꝰ mulieris quã carnali/
ter cognoscit. ꝛ mlier efficit affinis omibꝰ cõ/
sanguineis illꝰ maris. vt patet. xxxv. q. ij. c.
nec eã. Patet etiã extra de eo qui cognouit cõ
sanguineã vxoris siue. c. tue fratrꝭ. ¶ Dixi
etiã notanter dũmodo fuerit naturalis ꝛ cõ/
pleta. qꝛ si vir cũ corpe suo attingeret ifra cor
pus mulieris. ꝛ tamẽ ab actu illo desisteret an
teqꝫ semẽ virile ab eo pcederꝫ. nulla ex hoc ge
neraret affinitas inter virũ ꝛ consanguineas
mulieris. ꝛ inter mulierẽ illã ꝛ cõsanguineos
viri illꝰ. ¶ Etiã dato q semẽ a viro pcedat.
si tamẽ nõ recipit in loco naturali ipsꝰ mulie
ris. quãuis hmõi semine mlier extrinsece pol/
luat ꝛ innaturaliter seu cõtra naturã. nulla ex
tali copula generat affinitas. Ista patẽt. xxx/
v. q. iij. c. extraordinaria. Istud etiã tenẽt do
ctores iuris. s. Sanfredꝰ Innocentꝰ Hosti
sis ꝛ Raymundꝰ. ac etiã doctores theologie
¶ Nota tamẽ q hic a iã dictis doctoribꝰ ex/ Nota.
cipit vnꝰ casus. puta si illa extraordinaria pol
lutio facta fuerit cũ cõsensu matrimoniali. tũc
em tanta affinitas cõtrahet q mulier nõ po/
terit cõtrahere matrimoniũ cũ cõsanguineo
viri. nec vir poterit cõtrahere matrimoniũ cũ
cõsanguinea mulieris. Et vt dicunt ijdẽ do/
ctores istud pbat extra de eo qui cognouit cõ
sanguineã vxoris siue. c. fraternitati tue. Ubi
innocentꝰ tercꝰ archiepo bisuntino sic respõ
det. Diuortij sententiã approbamꝰ quã i eũ
canonice pmulgasti qui illã sibi postea capu
lare psumpsit cuiꝰ antea sororẽ adhuc septen
nem cõtractis sponsalibꝰ extraordinaria ubi/
dine noscit polluisse. ¶ Posset tamẽ dici cõ/
tra pdictos doctores. q illo casu posito vir nõ
impediret cõtrahere matrimoniũ cũ illꝰ mu/
lieris cõsanguinea ppter hmõi extrinsecã pol
lutionẽ. sꝫ impediret ppter publice honestatꝭ
iusticiã quã cõcernit cõsensus matrimonia/
lis. Et hoc bene dat intelligi decretalis iã ppi
me allegata cũ dicit. cõtractis sponsalibꝰ. Est
etiã hic aduertendũ q antiquitꝰ fuerunt tria
genera affinitatꝭ. Quoꝝ primũ habuit septẽ
gradꝰ quibꝰ omibꝰ matrimoniũ phibebatur
equali modo sicut in gradibꝰ cõsanguinitatꝭ
Secundũ genꝰ habuit quattuor gradꝰ. Et
terciũ genꝰ habuit duos gradꝰ. Ista patent
xxxv. q. iij. c. Cõtradicimꝰ. Sꝫ qꝛ postea per
generale cõcilũ abrogatũ est ius antiquũ qn
tũ ad secundũ ꝛ terciũ genꝰ affinitatꝭ quo ad
omes suos gradꝰ. ꝛ quantũ ad primũ genus
quo ad quintũ ꝛ sextũ ꝛ septimũ gradũ. sicut
patet extra de cõsanguinitate ꝛ affinitate. c. nõ
debet. vbi innocẽtius papa sic ait. Non debet
reprehensibile iudicari si pm varietatẽ tempoꝝ
statuta quãdoqꝫ variant humana. pserti cũ

vrgens necessitas vel euidens vtilitas illud exposcit. Quoniã ipse deus ex his que in veteri testamẽto statuerat nõ nulla mutauit i nouo. Cũ ergo phibitõnes de cõiugio in tercio ⁊ secũdo affinitatis genere minime cõtrahendo difficultatẽ frequẽter inducant. ⁊ quãdoq; periculũ pariant animar. cũ cessante phibitione cesset effect⁹. cõstitutõnes super h̃ editas sacri approbatõne cõcilij reuocãtes. ꝓsenti cõstitutõe decreuim⁹. vt sic cõtrahentes d̃ cetero libere copulent. ¶ Sz quantũ ad reuocationẽ triũ graduũ primi generis affinitatis sequit ibidẽ imediate. Prohibitio quoq; ⁊c. Require in questione prime p̃cedente articulo quarto cõclusione prima. ¶ Istis igit ab rogatis omib⁹ p̃termissis. solũ quattuor primos grad⁹ primi generis affinitatis ꝓ nunc impedientes matrimoniũ sic possum⁹ exemplariter declarare. ¶ Sint duo fratres. quorum vn⁹ vocet petr⁹. alius iohãnes. Et iohãnes accipit vxorẽ siue legitime siue fornicarie que vocet berta. tunc berta attinebit petro in primo gradu affinitatis. ⁊ filio petri in secundo gradu. ⁊ nepoti petri eadẽ berta attinebit ĩ tercio gradu affinitatis. ⁊ pnepoti eiusdẽ petri attinebit eadẽ berta in quarto gradu affinitatis. ⁊ ideo vsq; ad hunc gradũ inclusiue phibet ipa berta cõtrahere matrimoniũ cum petro. ⁊ cũ his qui per naturalẽ generationẽ a petro descendũt. Et ratio omniũ istoꝝ esse potest. quia berta ⁊ iohãnes per carnalẽ copulaz sunt quasi vna caro effecti. ideo in quocunq; gradu cõsanguinitatis phibet iohãnes ꝓtrahere matrimoniũ cũ aliqua ꝑsona si est mulier. eodẽ gradu affinitatis phibet berta cõtrahere cũ eadẽ persona si fuerit mascul⁹ Et ideo sicut iohãnes in primo gradu cõsanguinitatis phibet ne cõtrahat cũ sorore sua. sic berta vxor iohãnis in primo gradu affinitatis ꝓhibet cõtrahere cũ petro qui est frater iohãnis Et sicut dictũ est de berta respectu petri ⁊ eorũ qui a petro per naturalẽ generationẽ descẽdũt. sic eodẽ modo dicendũ est de iohãne respectu sororis ipsi⁹ berte. ⁊ earuz que ab huiusmodi sorore descendunt. Nã postq̃ iohãnes carnaliter cognouit ipsam bertã. tunc sicut berta cũ sorore sua est in primo gradu cõsanguinitatis. sic iohãnes est cũ eadẽ sorore in primo gradu affinitatis. ⁊ cum filia illius sororis est in secundo gradu affinitatis. ⁊ cum nepti i tercio ⁊ cum pronepti in quarto. ¶ Notandũ est etiã ꝙ quãuis post carnalem copulã generet affinitas per q̃ã vir attinebit omibus cõsanguineis vxoris. ⁊ vxor omibus cõsanguineis ipius viri. modo quo iã dictũ est. tamẽ ex hoc non orit aliqua affinitas inter cõsanguineos viri ⁊ cõsanguineos vxoris. ⁊ ideo pater ⁊ filius possunt legitime accipere matrẽ ⁊ filiam ⁊ duo fratres possunt legitime duabꝫ sororibus copulari. ¶ Ista omia recitant ⁊ approbant. xxxv. q. iij. c. Sane. ⁊ xxxv. q. v. c. porro

Instantia I

¶ Forte cõtra ꝑdicta dicetur sic. Quãdo aliquis cognoscit cõsanguineam vxoris sue nõ dirimit matrimoniũ qd̃ habet cũ vxore sua. ergo vel nõ cõtrahitur semper affinitas inter virũ ⁊ omes cõsanguineas mulieris quã cognoscit. vel affinitas nõ semper impedit matrimoniũ. Utraq; pars isti⁹ cõsequẽtis est cõtra ꝑdicta. ergo ꝑdicta nõ sunt vera. Antecedens clare habet extra de eo qui cognouit cõsanguineã vxoris sue. in pluribꝫ capitulis illius tituli. Cõsequẽtia etiã patet. quia postq̃ talis homo cognouit cõsanguineã sue vxoris vel per talẽ incestũ efficitur affinis vxori sue. vl'non. Si sic. tunc affinitas nõ impedit matrimoniũ. quia ꝓpter hmõi incestũ vxor sine sua culpa nõ debet priuari viro cũ quo veruz ante huiusmodi incestũ habuit matrimoniũ sicut dicit extra de eo qui cognouit cõsanguineã vxoris sue. c. discretõi tue. ⁊ capitulo fraternitati tue. Si nõ. tũc per actũ carnalis copule vir nõ efficit affinis cuilibet cõsanguinee illi⁹ mulieris quã cognouit. q̃z vxor isti⁹ supponit esse ꝓsanguinea eius quã cognouit

2

¶ P. in lege veteri ꝑcepit domin⁹ vt mortuo viro sine ꝓle frater eius reciperet vxorẽ suam ad suscitandũ semẽ fratris sui. ergo ex carnali copula primi viri vxor nõ habuit affinitatez ad fratrẽ illi⁹ viri. Consequẽtia patet. q̃z si inter fratrẽ viri ⁊ vxorẽ fuisset affinitas. cum affinitas sicut predictũ est impediat matrimonium. lex non ꝑcepisset alicui ꝙ acciperet vxorem fratris sui.

3

¶ P. possessor bone fidei prescribit in re etiã no sua. ita ꝙ ex lapsu temporis erit sua. Ista patet ex his que dixi dis. xv. articulo quarto. Sed possibile est ꝙ aliq̃s bona ⁊ simplici fide habuerit vxorẽ viginti annis. quibus nunq̃ percepit ipam fuisse fornicatam cum aliquo suo cõsanguineo prius q̃ duceret eam in vxorem. ⁊ postea de certo perciperet ipam fuisse fornicatam cum fratre suo vl'alio cõsanguineo suo anteq̃ esz vxor sua. ergo dato ꝙ ꝓpter affinitatem ex illa fornicatione suborta iste homo bone fidei non habuerit ius super ista muliere. tamen quia ex lapsu temporis ꝑscriptus. videt ꝙ ex vi ꝑscriptio

nis ipse habeat ius super illa muliere. 7 per cō
sequens affinitas nō poterit impedire huius/
4 modi matrimoniū ¶ P. cessante causa cessat
effectus. Sed per carnalem copulam vir est
causa affinitatis in muliere respectu suoꝝ cō/
sanguineorum. 7 mulier est causa affinitatis
qua vir dicitur affinis cōsanguineis mulieris
ergo mortuo viro cessabit affinitas in mulie/
re. 7 mortua muliere cessabit affinitas in viro.
7 per cōsequens mortuo viro mulier poterit
nubere suo cōsanguineo absq; affinitatis im/
pedimento. et eodem modo mortua muliere
vir poterit nubere cōsanguinee huius mulieris
Solutio ad. 1. ¶ Sed ista non cōcludunt contra predicta
Igitur ad primū dicendū q affinitas dupli
citer potest cōtingere. Uno modo ex actu car
nalis copule que precedit matrimoniū. Alio
modo ex actu carnalis copule que sequit ma
trimoniū. Primo modo accipit affinitas in
presenti ꝓposito. Sic em affinitas impedit 7
dirimit seu non sinit cōtrahi matrimonium.
Sz de secūdo modo ꝓcedit instantia. 7 ideo
nihil arguit cōtra ꝑsens ꝓpositum. ¶ Etiaz
falsum assumit cū dicitur q vtraq; pars cōse
quentis est contra ꝑdicta. Nā ista pars qua
dicit. q non semp affinitas impedit matrimo
nium. ista non est cōtra predicta. qz in predi
ctis non sum locut⁹ de omi affinitate. sed solū
de illa in qua ꝓtractus affinitatis precedit cō
tractum matrimonij. ¶ Est tamē hic aduer/
tendum q affinitas que cōtrahitur post ma
trimoniū quāuis nō dissoluat matrimoniū.
tamen impedit personam que suo incestu hu
iusmodi affinitatem cōtraxit quantū ad exi/
gere debitū. Licet em cum cordis sui dolore 7
contritione debeat reddere debitū quando cō
iunx innocens hoc exigit. tamen nunq; debet
exigere debitum carnalis copule. sicut patet
in supra dictis capitulis discretōni tue. 7 tue
ad. 2. fraternitati. ¶ Ad secundū nego cōsequenti
am. Ad ꝓbationem dicendū q quāuis de le
ge cōmuni affinitas impediat fratrez ne vxo/
ri fratris sui copuleť. tamē quia conditor legis
potest in lege dispensare. 7 deus qui fuit con/
ditor illius legis date per moysen. dispensa/
uit in hoc casu quādo frater decessit ab hac vi
ta sine prole. ideo nō obstante affinitate vxor
carens liberis post mortez mariti poterat fra/
ad. 3. tri huius mariti licite copulari. ¶ Ad terciū
dicendum ad maiorem q duplex est posses/
sor. Unus qui sic possidet q tamen non pos/
sidetur ab eo qd possidet. Alius qui sicut pos/
sidet sic possidetur ab eo qd possidet. De pri/
mo possessore procedit maior. 7 ea que predi/
cta sunt distinctōe. xv. Sed loquendo de se/
cundo possessore maior potest esse falsa. quia
ex quo nō possidet veri⁹ q̄z possideatur ab eo
qd possidet. igit tota mutua possessio potest
impediri ex mala fide illius qd ipe possidet. 7
a quo ipe mala fide possideť. 7 per cōsequens
non obstante sua bona fide ex nullo transitu
temporis ipe potest prescribere in huiusmodi
possessione. Sic autem est in ꝓposito. quia
quantū ad mutuā possessionem sui corporis
vir 7 vxor ad paria iudicantur. Predicto au
tem casu posito licet coniunx innocens fuerit
bone fidei propter ignorantiam sceleris. tamē
coniunx nocēs nunq; fuit bona fide. eo q semp
per fuerit conscius sceleris. et per consequens
sicut iste qui est male fidei nō prescribit ex la/
psu temporis. sic nec alter qui est bone fidei.
Et istud satis apparet auctoritate innocentij
quā adduxi in questione prima precedenti.
articulo quarto cōclusione prima ¶ Ad qr/ ad. 4.
tum dicendum q maior non est vera. nisi lo/
quendo de tali causa que nō solum est causa
effectus in fieri. sed etiā in cōseruari. Sic au/
tem non est in ꝓposito. quia quāuis persona
mediante qua consanguinei contrahunt affi
nitatez sit causa huius affinitatis in fieri. tamē
non est causa eius in ꝑseruari. 7 ideo mortua
tali persona adhuc manet affinitas inter su/
os consanguineos vel cōsanguineas 7 ꝑsonā
que sibi fuit carnaliter copulata.

Quātuz ad terciuz articulum est aduertendum q spiritualis co

Dist. xlij. Articulus tercius.

gnatio tres habet species. ¶ Quarum vna
dicitur paternitas spiritualis. Et hec atten/
ditur inter patrem spiritualem 7 filium spiri/
tualem. Est autem pater spiritualis quantū
ad presens ille qui baptizat. 7 ille qui suscipit
baptizatum de baptismo. ac episcopus qui
confirmat. et ille qui tenet eum qui confirma
tur coram episcopo. Filius autem spiritualis
dicitur ille qui baptizatur vel confirmatur.
¶ Secūda species est compaternitas. 7 hec
attenditur inter parentes carnales ipsius ba/
ptizati vel cōfirmati. 7 iam dictos patres spi
rituales eiusdem. ¶ Tercia species dicit fra
ternitas spiritualis. 7 hec attenditur inter fi/
lium spiritualem 7 filios carnales sui patris
spiritualis. Uñ omes filij baptizātis 7 omes
filij suscipientis aliquē hominē de baptismo

sunt fratres spirituales illi⁹ qui baptizat ⁊ suscipit de baptismo. Ista patent. xxx. q. iij. c. i. ⁊ c. ij. Patent etiā extra de cognatōe spūali in pluribꝫ capitulis. ¶ Ex his etiā patet descriptio spūalis cognatōis qua iurisperiti dicūt. q̄ cognatio spūalis est ꝓpinquitas ꝓueniēs ex sacramēti datione vel ad illud retentione.

Quid sit cognatio spūalis.

¶ His p̄missis fm ordinē istaꝝ specieꝝ restat videre quomodo p eas impedit matrimoniū ¶ Quantū igit ad primā speciē est sciendū q̄ pater spūalis nō potest cōtrahere matrimoniū cū filia spūali. nec mater spūalis cū filio spūali. ⁊ dato q̄ cōtrahant penit⁹ est dirimendū. Istud patet. xxx. q. iij. c. pitaciū. ¶ Dic tamē nota q̄ si pater spūalis cōtrahit cū sorore sue filie vel filij spūalis. tale matrimoniū nō est dirimendū. vt expsse patet. xxx. q. iij. c. illud etiā. ¶ Nec etiā esset matrimoniū dirimendū si pater spūalis cōtraheret cū filia carnaliter genita a suo filio spūali. qz spūalis cognatio nō habet aliquos grad⁹. sicut ait innocenti⁹ in glosa sup p̄mo. c. extra de spūali cognatōne. ¶ Est etiā hic notandū q̄ paternitas spūalis aduenīēs alicui postq̄ carnaliter cognouit vxorē suā. p̄stat impedimentū vxori ne cōtrahat matrimoniū cū filio spūali ipi⁹ mariti. Hec⁹ tamē esset si hmōi spūalis paternitas marito ante aduenisset q̄ cognouit vxorem. qz ante illud temp⁹ vir nō fuit vna caro cū vxore. ideo exactō ne sua qua hmōi spiritualē filiū de sacro fonte suscepit nihil cōmunicabat vxori. Et istud patet. xxx. q. iiij. c. qui spiritualē. ¶ Sōte dicet q̄ sicut notauit Hugo. xxx. q. i. c. omēs. cōferēs sacramentū penitentie si aliud obstaculū nō haberet ꝓpter sacrum ordinē. ipe posset cōtrahere matrimoniū cū ea quā recipit ad hmōi sacramentū. sz planū est q̄ talis est pater spūalis hui⁹ mulieris. ergo pater spūalis ratōne hmōi paternitatis nō ꝓhibet quin possit cōtrahere matrimoniū cū sua filia spirituali. cui⁹ oppositū asserit in p̄dictis. Maior patz nō solū p hugonē. sz etiā p hostiēsem. Unde fm istos doctores etiā fili⁹ carnalis sacerdotis potest cōtrahere matrimoniū cū ea quā pater suus audiuit ⁊ absoluit in foro penitētie Ratio istorum doctoꝝ potissima est ista. qz istud in iure nusq̄ inuenit esse ꝓhibitū. Minor etiā patet. qz ex cōmuni vsu loquēdi ꝛfessor dicit pater spiritualis illoꝝ quos audit ⁊ absoluit in cōfessione. Patet etiā ex quibusdā antiquis versibꝫ quibꝫ dicit sic. Quē de fonte leuas tangendo siue tenendo. Vel cōfirmādo. sua vel peccata

Instantia

Versus.

fatēdo. Fili⁹ ille tibi spūalis erit. ¶ Respondeo q̄ ista instantia nihil cōcludit cōtra p̄dicta. qz vt patet in ingressu isti⁹ tercij articuli. ego patrē spiritualē ad p̄sens limitaui quātū ad paternitatē que acquirit ex his que fiunt circa duo sacramēta tantū. s. circa sacramentū baptismi ⁊ cōfirmatōnis. ⁊ ideo de quocūq̄ alio patre spūali arguit hoc nō est cōtra p̄dicta. ¶ Quantū ad secundā speciē est aduertēdū. q̄ ratōne cōpaternitatis pater spūalis ñ potest ꝛtrahere matrimoniū cū matre carnali sui spūalis filij. nec mater spūalis cū patre carnali. ⁊ si cōtraxerint hmōi matrimonium est penit⁹ dirimendū. Istud patz. xxx. q. i. c. i. Idē patet extra de cognatōne spūali. c. veniens. ¶ Et sicut cōpaternitas directe ꝓhibet patrē spiritualē ne possit nubere matri carnali sui filij spiritualis. sic eadē cōpaternitas indirecte ꝓhibet vxorē patrꝭ spūalis ne post mortem ei⁹ ipsa possit nubere patri carnali p̄dicti filij spiritualis. hoc supposito q̄ iā dicta cōpaternitas nō prius aduenerit illi viro q̄z p carnalē copulā fuit quodāmodo effect⁹ vna caro cū vxore sua. qz si pri⁹ fuit cōpater q̄z accepit vxorē. tunc vxor post mortē eius licite potest cōtrahere matrimoniū cū illo qui cōpater erat mariti sui. Et sicut dictū est quomodo cōpaternitas directe cōueniēs viro se extēdit ad vxorē. ⁊ quomodo nō. sic eodē modo a muliere extendit ad virū si mulier suscipit puerum de baptismo. vel baptizat in necessitate vel tenet in cōfirmatōne. Istud patet. xxx. q. iiij. c. sciscitat. ¶ Nota etiā circa istā materiā q̄ si aliquis homo habet prolē ab alia muliere q̄z ab vxore sua. tūc pater spiritualis illi⁹ p lis nō impedit quin mortuo illo homine ipe possit cōtrahere matrimoniū cuꝝ vxore sua. ita q̄ in isto casu vna mlier potest habere duos cōpatres successiue. Et eo modo iudicandū est ex parte viri si vxor sua habet prolez ex alio viro. qz tūc mortua vxore vir poterit cōtrahere cū matre spūali illius prolis. que erat cōmater vxoris sue. ⁊ sic vn⁹ vir potest successiue duas cōmatres habere ī vxores. Ista patent. xxx. q. iiij. c. qui spiritualem. ¶ Nota etiam q̄ vir ⁊ mulier simul leuantes eandē plez de baptismo nō ꝓhibent inter se matrimoniū cōtrahere. qz quātus eadem ꝓles sit vtriusq̄z filius spiritualis. tamē ex hoc mater spiritualis ⁊ pater spiritualis nullā cōtrahūt inter se cōpaternitatē seu spūalē cognationē. Et istō ponit innocēt⁹ extra ō cognatōe spūali ī glosa sup. c. martin⁹. Et idē ponit hosti. in glosa

Solutio.

Nota.

Nota.

De tercia specie.

sup.c.veniens. ¶ Quantũ ad terciã speciem est sciendũ q̃ quãuis circa impedimentũ spiritualis fraternitatis antiquiꝰ fuerint diuerse opiniones.iura tamẽ moderna hoc clare determinauerũt q̃ omẽs liberi duoꝝ cõpatrũ legitime possunt cõtrahere.excepta sola ꝓle spiritualiq̃ si est masculꝰ nunq̃ potest legitime copulari alicui carnali filie sue patris spũalis nec alicui eiusdẽ patris filio si fuerit femella. Ista patẽt extra de cognatõne spũali.c.ꝓmo. Patẽt etiã.xxx.q.iij.c.Nõ optet.c.sup quibꝫ

Nota.

¶ Nota etiã q̃ cũ sacerdos baptizãs sit pater spũalis ipsiꝰ baptizati.ideo si sacerdos habet filiũ carnalẽ.ille nõ potest legitime cõtrahere matrimoniũ cũ aliqua filia ab eodẽ sacerdote baptizata.eo q̃ omniũ coꝝ quos hmõi sacerdos baptizauit.ꝑdictꝰ carnalis filiꝰ sit frater spũalis. Istud habet extra de cognatõe spũali.c.vlti. Et idẽ est iudicandũ de filio carnali layci qui in necessitate baptizaret.ipe em̃ essꝫ verꝰ pater spũalis illiꝰ filie quã baptizaret.et ideo filiꝰ suꝰ nõ posset ducere illã filiã in vxorem.qꝛ ipe esset frater suus spũalis.nec pater posset eandẽ filiã accipere in vxorẽ.qꝛ ipe esset pater eiꝰ spũalis.nec idẽ pater posset accipere matrẽ illiꝰ filie.eo q̃ vera cõpaternitas essꝫ inter hmõi ꝑsonas. ¶ Hec omnia possũt haberi ex dictis Postiẽ.in glosa sup.c.ꝓme allegato.

Nota.

¶ Nota etiã q̃ ista ꝓhibitio nõ extendit se vsq̃ ad nepotes.qꝛ quãuis filiꝰ tuꝰ spiritualis nõ possit accipere filiã tuã carnalẽ.tamẽ bene potest accipe neptim tuã.puta filiaꝫ filie tue.7 etiã filiꝰ tuꝰ carnalis potest accipe filiã filij tui spũalis Ista patẽt ex dictis innocentij.extra de cognatõe spũali.in glosa super ꝓmo.c.illiꝰ tituli.

Articulus quartꝰ.

Quãtũ ad quartuꝫ

Quid sit legalis cognatio.

articulũ est aduertẽdũ q̃ fm theologos ac etiam iurisperitos cognatio legalis est quedam humana ꝓximitas ex adoptõe ꝓueniẽs. Sꝫ adoptio est extranee ꝑsone in filiũ vel nepotẽ 7 de inceps legitima assumptõ. ¶ Que autẽ requirant ad adoptionẽ.7 etiã quendã alias adoptõnis descriptões.reqre lib.iij.dist.x.arti.iij. Quibꝫ omnibꝫ ad ꝑsens ꝑsuppositꝰ possumꝰ triplicẽ notare speciẽ legalis cognatõis ¶ Prima est inter patrẽ adoptantẽ 7 prolem adoptatã. ¶ Secunda est inter ꝓlẽ adoptatã.7 naturalẽ prolẽ adoptantis. ¶ Tercia est quasi ꝑ modũ affinitatis inter vxorẽ filij adoptiui 7 patrẽ adoptiuũ.7 inter filiũ adoptiuum 7 vxorẽ patris adoptiui. ¶ Et omẽs iste species legalis cognatõis impediũt mrimoniũ.q̃uis hoc faciãt inequaliter. Nã licet secũda species q̃ potest dici fraternitas legalis cognatõis impediat mrimoniũ inter ꝓlẽ adoptatã 7 prolẽ naturalẽ q̃diu vtraq̃ ꝓles est in patris ꝑtẽ.tamẽ mortuo ꝑre possũt legitime cõtrahere.vel etiã adhuc viuẽte patre.si vna eaꝝ vl' vtraq̃ fuerit emãcipata.nullũ habent vlteriꝰ ex ꝑte legalis cognatõnis impedimentũ cõtrahendi legitimũ matrimoniũ. Et ista patẽt extra d̃ legali cognatõe.vbi dicit nicolaꝰ papa sic. Si q̃ ꝑ adoptionẽ mihi sororꝫ esse cepit.q̃diu durat adoptio inter me 7 ipsaꝫ.nuptie ꝓsistere nõ possũt. Et sup eodẽ.c. arguit glosa ab opposito sensu.q̃ nõ durante adoptõe nõ ꝓhibent inter ꝓlẽ naturalẽ 7 adoptiuã nuptie Sꝫ vt patꝫ ꝑ eandẽ glosã.tũc nõ durat inter hmõi ꝓles vinculũ adoptõis. quãdo vna eaꝝ vel vtraq̃ fuerit emãcipata. ¶ Emãcipata vero tũc dicit esse ꝓles.quando data sibi hereditaria portõe que fm leges ipsaꝫ prolẽ cõtingit.ipa ponit extra familiaꝫ patris. ¶ Predicta etiã patẽt.xxx.q.iij.c.ita diligere.7.c. Post susceptũ. Patẽt etiã iã dicta.ff.de ritu nuptiaꝝ.c. Per adoptionẽ. Sꝫ prima 7 tercia species cognatõis legalis absq̃ distinctõe ꝑpetue impediũt matrimoniũ. Nã pater adoptiuꝰ nunq̃ potest cõtrahere matrimoniũ cũ filia adoptiua.siue talis filia adhuc sit in patris adoptantis familia.siue extra familiã fuerit emãcipata. Etiã pater adoptiuus nunq̃ ꝑt legitime matrimoniũ ꝛtrahere cũ vxore filij adoptiui post mortẽ huiꝰ filij.nec filiꝰ adoptiuꝰ vnq̃ ꝑt ꝛtrahere mrimoniũ cũ vxore sui ꝓris adoptiui post mortẽ huius patris.etiã dato q̃ ante mortẽ patris fuerit emancipatꝰ. Ista patent.ff.de ritu nuptiarũ. c.adoptiuus filius. ¶ Dic etiã est notandũ q̃ Hugo dicit in glosa.xxx.q.iij.q̃ sicut due proles spirituales eiusdẽ patris spiritualis possunt legitime inter se contrahere dummodo alias nõ habeant impedimentũ cõtrahendi q̃ ex cognatõne spirituali.sic etiã due proles adoptiue eiusdẽ patris adoptiui inter se possunt legitime matrimoniũ cõtrahere.dũmodo aliunde nõ ꝓhibeant q̃ ex legali cognatõne ¶ Forte contra predicta dicetur q̃ ius positiuum non debet preiudicare iuri naturali. Sed legalis cognatio est ex iure positiuo.et matrimonium est de iure naturali.ergo legalis cognatõ nõ potest matrimoniũ impedire ¶ P. verũ sacramentũ ecclesie nõ debet talibꝫ

Instantia 1

2

subiacere q̃ ex secularib legib suã vim pbantur habere. sz matrimoniũ est verũ sacramentũ ecclie. ⁊ adoptio ac etiã legalis cognatio q̃ ex adoptione pcedit totã vim suã habẽt ex secularib legib ⁊ statutꝭ. ergo ⁊c. ¶ Ad pmũ dicendũ q̃ quãuis matrimoniũ sit de iure naturali. tamẽ sine omi p̃iudicio iuris naturalis leges positiue possunt determiare psonas matrimonialiter copulãdas p gentis ⁊ tpis cõgruitate. ⁊ ideo sicut patet ex dictꝭ aliq̃ psone p nũc isto tpe possũt legitime ꝯtrahere. q̃ qñqz fuerũt phibite. ⁊ aliquib xpianis ppter ecclesie hon estatẽ nõ licet ꝯtrahere. q̃s tñ sinagoga vel stat⁹ gentiliũ ppter sui carnalitatez ꝯtrahere nõ solet phibere. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ ꝗ sacramentũ qd̃ est matrimoniũ legib sbiacere pt dupliciter intelligi. Uno modo fm se. Alio modo q̃ztũ ad determinatõez habilitatis ꝯtrahẽtis psone. Leges etiã seculares dupliciter possũt ꝯsiderari. Uno modo vt a secularib principib sũt ꝯdite. Alio modo vt sunt canonizate ⁊ ab ecclia sunt appbate. Et ex his ad formã argumẽti dicendũ ad maiorẽ. q̃ q̃zuis sacramẽtũ ecclie fm se nõ dependat secularib legib subiacere cõsideratꝭ huiusmodi legib fm q̃ seculares sunt. tñ q̃ztuz ad determinatõez psonaꝝ ꝯtrahẽtiũ ipm matrimoniũ pt subiacere secularib legib. nõ vt seculares sunt. sz vt p ecclie approbatõez canonizate sunt. ¶ Ad argumẽtũ pncipale dicendũ. q̃ minor est falsa. Ad pbatõez dicẽdũ q̃ iterꝫ minor est falsa. qz cũ affinitas sit p̃ximitas. ideo optet q̃ sit vera relatio. Ad pbationẽ illi⁹ dicendũ q̃ licet relatio nõ possit alicui ꝯuenire sine fundamẽto. tamẽ nõ est necesse q̃ in quocũqz relatio de nouo acquirat fm suã actualẽ tendentiã ad terminũ. q̃ in codẽ fundamentũ de nouo acquirat. Unde si hodie esset vn⁹ sol⁹ homo albus. ⁊ cras fieret alter hõ albus tunc ille qui primo fuit albus. cras sine sui mutatione ⁊ absq̃z noua fundamẽti acquisitõne acq̃reret similitudinẽ fm suã actualẽ tendentiã ad terminũ. q̃zuis p̃habẽdo albedinẽ p̃habuerit etiã similitudinẽ fm habitualẽ tendentiã ad terminu. Sufficit em̃ mutationẽ fieri in altero terminoꝝ: ad hoc q̃ in ambobus oriatur realis relatio fm tendentiã actualẽ. Sic autẽ est in ppositio. qz nullo absoluto de nouo acq̃sito in cõsanguineis alicui⁹ viri: ex sola mutatione facta in aliqua muliere q̃ per carnalẽ copulã adiungit illo viro ⁊ qdãm modo vna caro efficit cũ eo. orit affinitas in ipis ꝯsanguineis respectu hui⁹ mulieris fm actualẽ tendentiã

Solutio Ad. 1.

Ad. 2.

Ad argumẽtũ pnci.

p̃ximitatis.

¶ Distinctio quadragesima tercia.

Postremo de p cõdicione resurrectõis. Huc vsq̃z in isto quarto libro determinatũ est de vulnerati homis sanatõne imperfecta ⁊ sacramẽtaliter initiata. nũc vlterius determinat de eiusdẽ homis curatõne pfecta ⁊ supnaturaliter cõsummata. Prima curatõ est gratiosa. Secũda est gloriosa. Prima curatio est quedã spũalis liberatio a culpa. Secunda sanatio est quedã supernaturalis trãslatio a miseria. Postq̃z igit magister determinauit de vulnerati homis sanatõne aliqualiter imp̃fecta. que fit p sacramentoꝝ deuotam perceptionẽ. nũc in ista q̃dragesima tercia distinctione incipit determinare de sanati hominis solidatõne totaliter pfecta p corpis ⁊ animẽ beatã glorificationẽ. Ad istã autẽ glorificationẽ peruenit p corporũ resumptionẽ ⁊ iudicialẽ discussionẽ. Ideo magister duo facit. Nã primo tractat de mortuoꝝ resurrectione. Secũdo de iudicandoꝝ examinatõne. dist. xlvij. ibi. Solet autẽ queri. Prima in duas. Nã primo determinat de animaꝝ ad sua corpora reunione. Secũdo ostẽdit qualẽ statuz añ hmõi reunionẽ habeãt anime separate. dist. xlv. ibi. Preterea sciẽdũ est. Prima in duas. Nã primo tractat d̃ mortuoꝝ resurrectõe fm se. Secũdo de resurgentiũ qualitate ⁊ cõditione. dist. xlvij. ibi. Solent autẽ nõnulli. Prima in duas. Quia pmo circa resurrectionez ponit veritatꝭ determinationẽ. Secũdo quorũdã dubitationũ inuit solutionẽ. ibi. Dic quericꝭ vtrũ electis. Prima in tres. Qz primo ostendit p sacrã scripturã resurrectionẽ esse futurã. Secũdo resurrectõis assignat causam Et tercio eiusdẽ resurrectõis in vniuersali determinat temp⁹ et horã. Secũda ibi. Causa em̃ resurrectõis. Tercia ibi. Media aũt nocte. ¶ Sequit illa ps. Dic quericꝭ. Et diuiditur i quattuor ptes fm q̃ mgr̃ determinat q̃ tuor determinatões. Secũda ibi. Queri etiã solet. Tercia ibi. Dis aũt adijciẽdũ est. Quarta ibi. Aũqz ex p̃dictis. ¶ Nec ẽ diuisio. xlij. dist. ⁊ sñie in generali circã quã q̃ro.

Utrũ fm naturalẽ cursũ nature q̃ñqz resurrectio hominũ mortuoꝝ sit futura. ¶ Et videt q̃ sic. Qz nullũ violentũ pt esse ppetuũ. Sed separatio aĩe rõnalis

ab humano corpe est violēta. ḡ hmōi sepatio nō pt esse ꝑpetua. Sz q̄ꝝ sepatio nō pt esse ꝑpetua. illoꝝ reunitio qn̄qꝫ naturalit̄ est futura Cū igit̄ mortui hoīs resurrectio nō sit aliđ q̄ꝫ aīe rōnalis cū suo corpe reunitio. ḡ ꝛc̄. Maior patz p̄mo celi ꝛ mūdi. Patet etiā ista maior in singulis rebꝫ q̄ꝝ habemꝰ exꝑientiā. in quibꝫ oībꝫ quicq̄d violentū est videmꝰ deficere in sua duratōe. Minor ꝓbat̄. qꝛ quoꝝ cōiunctio est naturalis. illoꝝ ab inuicē sepatio est violenta. Sz ꝯiunctio aīe rōnalis cū corpore hūano est naturalis. ḡ ꝛc̄. Maior patet qꝛ sicut res violēter inde remouet̄ vbi naturaliter quiescit. vt dicit̄. viij. phisi. sic res violenter sepat̄ ab eo cui naturaliter ꝯiungit̄. Minor etiā patet. qꝛ forma substātialis naturaliter ꝯiungit̄ sue ꝓprie materie. sz aīa ratōalis ē forma substātialis homīs ꝛ ꝑ ꝯsequēs humani corꝑis. vt ptz ex his q̄ dixi lib. ij. dist. xvij. arti. iij. ¶ Cōtra. de priuatione ad habitū nō fit regressus s̄m cursū nature. vt patet ꝑ arest. in libro p̄dicamētoꝝ. De cecitate em̄ ad visū nō pt esse regressio ꝑ naturā. Sz mors ē maxima priuatio. ergo de morte ad vitā nō poterit esse naturalis regressio. nec ꝑ ꝯsequēs naturaliter poterit fieri alicuiꝰ homīs a morte resurrectio ¶ Hic primo videndū est vtꝝ r̄surrectio mortuoꝝ sit possibilis ¶ Secūdo vtꝝ ad hoc sufficiat virtꝰ siue potētia naturalis. ¶ Tercō vtꝝ homo resurgēs sit idē nnmero q̄ fuit primo. ¶ Quarto vtrū resurrectio fiat successiue vel subito.

Articulus primus

Quantū ad primū

sic ꝓcedā. ¶ Primo ponā q̄ttuor ꝯclusiones ¶ Scđo recitabo quasdaz falsas opiniones hmōi ꝯclusionibꝫ repugnātes. ¶ Cōclusio p̄ma est. ꝙ resurrectio mortuoꝝ est possibilis

Pria ꝯclo

1 potētia actiua se tenente ex ꝑte dei. Quia non minꝰ est possibile easdē ꝑtes eiusdez totiꝰ sibi mutuo reunire. q̄ꝫ ip̄m totū s̄m oēs suas partes de nihilo ꝓducere. Sz deꝰ potest totū hominē s̄m om̄es suas ꝑtes de nihilo ꝓducere. vt patet ex his que dixi lib. ij. dist. i. q. i. arti. i.

2 ¶ P. si homo esset totaliter annihilatꝰ deus posset eū recreare. ergo hominē morte corruptum deꝰ potest a morte resuscitare. Cōseq̄ntia patet. qꝛ minꝰ videt̄ habere de esse possibili qđ est penitꝰ annihilatū. q̄ꝫ illud qđ est suarū partiū dissolutōne corruptū. Antecedēs potest ꝓbari sic. Quādocūqꝫ duo termini negatiui sunt eiusdē ratōnis. tūc quecūqꝫ virtꝰ potest de vno illoꝝ terminoꝝ negatiuoꝝ trāsire ad quēdā terminū positiuū. eadē virtꝰ potest ab altero illoꝝ terminoꝝ negatiuoꝝ transire ad eundē terminū positiuū. Sz nihil p̄cedēs homīs creationē. ꝛ nihil sequēs homīs annihilationē sunt duo negatiui termini eiusdez ratōnis. ꝛ deꝰ sua virtute creatiua de vno iam dictoꝝ terminoꝝ negatiuoꝝ trāsire potest ad esse istiꝰ homīs. s. petri vel martini creando. ergo eadē sua v̄tute potest trāsire de altero termino negatiuo eundē hominē annihilatū recreando. ¶ P. ista videt̄ esse intētio augusti- 3
ni de ciui. dei. lib. xxij. c. xx. vbi de carnis resurrectione loquēs sic ait. Et si om̄ibꝫ perissz modis. nec vlla eiꝰ materia in vllis nature latebris mansisset. vnde vellet eā repararet om̄ipotens. ¶ Secūda cōclusio est ꝙ resurrectio mortuoꝝ est possibilis potētia passiua se tenēte ex parte creature Quia om̄e illud qđ absqꝫ repugnātia ꝛ implicatōne cōtradictōnis potest fieri circa aliqua entia positiua. respectu illius habēt hmōi entia potentiā passiuā. Sz anima ratōnalis ꝑ mortē homīs sepata a materia humana absqꝫ repugnātia potest huiusmodi materie reuniri. ꝛ per cōsequēs homo a morte potest resurgere. ergo respectu illiꝰ vnionis ꝛ per cōsequēs respectu humane resurrectionis est quedā potētia passiua se tenens tā ex parte anime q̄ꝫ etiā ex parte humane materie. Maior patet. qꝛ si nō haberēt potentiam passiuā respectu illiꝰ. tūc nullo modo hoc posset fieri ex ip̄is. vel circa ip̄a. Sz minor sufficienter patet ex ꝓbatōne p̄me cōclusionis. qꝛ si implicaret cōtradictionē animā ratōnalez post mortē homīs reuniri humane materie. tunc impossibilis esset mortuoꝝ resurrectio. cuiꝰ oppositū probatū est cōclusione prima.

Cōclusio secūda.

¶ Cōclusio tercia ꝙ hmōi potentia passiua nō debet dici naturalis sz obediētialis. Quia om̄ipotentie passiue naturali correspōdet aliqua potētia actiua ī natura creata per quā huiusmodi potētia passiua potest r̄duci ad actū Sz nulla potētia actiua est in natura creata per quā iā dicta potētia passiua possit reduci ad actū. vt patebit in secūdo istiꝰ questionis articulo. ergo ꝛc̄. Maior etiā patet ꝑ cōmentatorē. qui ait. ꝙ om̄ipotentie passiue in natura correspōdet potentia actiua in natura. Et istud dictū auerrois est verū si per potētiam passiuā ī natura intelligit potentiā passiuam naturalē. quāuis nō sit verū intelligendo de potentia obedientiali. illi eiz nō r̄ndet potētia actiua existēs in creatura. sed solū in creatore.

Tercia cōclusio.

Cōclusio quarta.

¶ Cōclusio quarta est q̃ hoīm mortuoꝝ resurrectio nō solū est possibilis. sz etiā vere est futura. Ista aūt cōclusio q̃uis sit verissima. tū qz est articul⁹ fidei. ideo nō pt pbari necessaria ratōne. q̃uis possit pbari autoritate z rethorica psuasione sic ¶. Justū remunerator̄ decet vt illa ꝺiungat in cōsolatōe pmij q̃ sua virtute ꝺiūxerat in labore meriti. Sz de⁹ est iust⁹ remunerator. z sua virtute animā cōiunxit corpi in labore meriti vite psentis. ergo animā corpi ꝺiūget in cōsolatōe pmij vite future. Hoc aūt fieri nō potest. nisi illi qui decesserūt resurgāt a mortuis. ergo zc. ¶ P. pmiū debet correspondere merito z pena demerito. Sz aīe pdestinatoꝝ seu saluandoꝝ merent̄ i suis corpib⁹. z aīe pscitoꝝ seu damnandorū demerent̄ i suis corpib⁹. ergo aīe saluandorū tandē debēt in suis corpib⁹ pmiari. z aīe damnandoꝝ i suis corpib⁹ cruciari. Hoc aūt non fieret nisi tā bon q̃ mali resurgāt. q̃ zc. ¶ P. aīa ratōalis naturaliter appetit vniri suo corpori. q̃ in pfecta beatitudie ipsa aīa est suo corpori vnita. Antecedēs patet p beatū augu. supgen. ad litterā. vbi ait. q̃ aīa beata retardat̄ ne tota intentōe ferat̄ in illud summū celū. s. i diuinā essentiā. ppter appetitū seu desideriū qd̄ habet ad viuificandū corp⁹ suū. Cōsequētia etiā patet. qz in pfecta beatitudie omne desiderū aīe implet̄ z quietat̄. nā fm beatū augustinū. ille pfecte beat⁹ est. q̃ habet quicq̃d vult. z nihil mali vult. ¶ P. istud patet etiā autoritatib⁹ sacre scripture. q̃s mgr adducit h̄ in lra

Solutio Ad. 1.

Ad. 2.

Error saduceoꝝ z epicureoꝝ.

¶ Sz ꝗ pdicta p̄mo est error saduceoꝝ z epicureoꝝ q̃ simpliciter negāt hoīs post mortē resurrectōēz. Qz vt iste error ponit forma sb̄stantialis homīs corrūpit̄ in morte. sicut forma alteri⁹ bestie. ¶ Et ad istud forte saducei mouebant̄ ex dict̄ salomonis. q̃ Eccl'. iij. ait Un⁹ est interitus hoīm z iumentoꝝ. Sz iumentoꝝ nō est resurrectio. cū forma eoꝝ simpliciter corrūpat̄. q̃ nec hoīm. ¶ Epicurei vero q̃ erāt gentiles phi. moueri poterāt ex dict̄ ip̄i⁹ Job. q̃ dicta apud m'tos gentiles fuerūt qz z ipe Job erat gentilis. Dicit em̄ Job. c. xiij. sui libri. Hō cū dormuerit nō resurget donec atterat̄ celū. Sz celū nunq̃ atterer̄. cū sit incorruptibile. nō solū fm epicureos. sz etiaz fm omēs philosophātes. q̃ hō nūq̃ resurget

Contra errorē.

articulũ ẽ aduertẽdũ q̃ q̃stio vnũ q̃rit z aliud p supponit. ¶ Presupponit ei q̃ totũ resurgat i hoie qd̃ ẽ d̃ veritate sue spũalis nate. z hoc rõabilit. qz ipe hõ resurget cũ tota aĩa itellectiua q̃ntũ ad suã essentiã z q̃ztũ ad oẽs suas potẽtias spũales. ex q̃bꝫ cõponit hõ in q̃ztũ d̃ esse nate spũal'. Querit ãt vtꝫ resurgat i hoie totũ qd̃ ẽ d̃ veritate sue corpal' nate ¶ Et q̃ ad hoc p terminorũ noticia pmo videdũ ẽ q̃d itelligi debeat p illd qd d̃ ptinere ad veritatẽ corpal' nate in ipso hoie. Et deinde sunt due conclusiones ponẽde.

¶ Quo ad pmũ dico cũ pho. q. metha. q̃ vnũ qd̃q̃z sic se hz ad eẽ. sic se hz ad veritatẽ. z p cons sic aliq̃d ptinet ad eẽ alicuiꝰ nature. sic ptinet ad veritatẽ eiusdẽ nate. Ad eẽ ãt hũani corpis spectãt ossa: nerui: caro: sãguis: z mlte alie ptes seu mẽbra. q̃bꝫ tã itrinsecꝰ q̃z extrinsecꝰ corpꝰ hũanũ pficit z cõplet. igit ista eadẽ ad veritatẽ corpalis nate in hoie vident ptinere. Cũ igit forma det esse. igit q̃libet ps formal' carnis q̃ ẽ i hoie ptinet ad veritatẽ hũane nate. q̃z uis ñ q̃libet ps carnis material'. Et eodẽ mõ d̃ ptibꝫ ossis z nerui z cuiuslibet alterius totiꝰ hõ genei. ad pfectõez corpis hũani spectãtis ẽ dicendũ ¶ Partẽ aũt formalẽ totiꝰ homogenei appello illã q̃ tal'ẽ z tãta. q̃ si separet a suo toto adhuc remaneret i specie sui totiꝰ. vel retineret nomẽ totiꝰ. Est ei ps carnis fm formã q̃ separata a toto manet ya caro ¶ Partẽ vo materialẽ dico p oppositꝫ. q̃ ita ẽ imp̃fecta z diminuta q̃ si separet nõ spẽs nec nomẽ sui totiꝰ i ea saluaret eo q̃ resolueret i materiã vl' i circũstãs corpꝰ. ¶ Et diuisio ista. s. d̃ carne fm formã z de carne fm materiã pt hri ex dictꝭ phi. i. d̃ genera.

¶ His pmissis pono duas cl'ones ¶ Pria ẽ q̃ i hoie resurgẽte ñ resurgit totũ illd qd q̃cunq̃z tpe fuit d̃ veritate sue corpalis nate. Qz illd ñ resurget in hoie qd corpꝰ resurgẽtis faceret hũani corpis mẽsurã excedere. Sz si totũ illud qd p q̃cũq̃z tpe fuit de veritate corpal' nate resurgeret i hoie. tũc mltoꝫ hoim corpa eẽnt valde imoderata. g̃ zc. Maior patebit ex dicẽdis i seq̃nti cl'one. Et etiã minor patz ex dictis i pdicti termini declaratõne. Nã si q̃libet ps carnis hũane in q̃ saluari pt spẽs z nomen carnis spectat ad veritatẽ hũane nate. sic pdictũ ẽ. tũc qz idẽ hõ q̃ nũc ẽ valde pinguis pt fieri macer. z postea itez pinguis. z hoc sepiꝰ. qz qd dedit de hmõi pinguedine. potest restaurari virtute vegetatiua q̃ alimẽtũ conuertit i veram carnẽ humanã. igit si tota illa caro totiens

Nota.

Cõclusio prima.

restaurata simul resurgeret in eodem homie. patet q̃ eius corpus excederet imoderate mē/ Opio magistri sentē tiarū. suram humani corpis. ¶ Sed cōtra p̄dicta sunt due opiniones. Quarum prima negat q̃ quelibet pars carnis in homie in qua sal/ uatur species carnis sit de veritate hūane na/ ture. Ponūt enim solū illud qd̄ in primis parē tibꝰ a deo formatū est esse de veritate humane nature. ⁊ nihil de his que extrinsecꝰ aduenūt dicūt ptinere ad veritatē humane nature. si/ ue illud aduenīat per virtutē generatiuā. qd̄ a medicis appellat humidū radicale. siue per virtutē nutritiuā. sicut humidū nutrimēta le quo ipm̄ genitū augmentat. ⁊ in ipo de p̄dictū restaurat. ¶ Et istꝰ opinionis fautor princi palis est magister sententiarū. vt apparet lib. ij. dist. xxx. c. penult. vbi sic ait. Trāstulit enim adā modicū quid de substātia sua in corpora filiorū quādo eos p̄creauit. id est aliq̄d modi cū de massa substātie eiꝰ diuisū est. ⁊ inde for/ matū est corpꝰ filij. suiq̄ multiplicatōne sine rei extrinsece adiectōne auctū est. ⁊ de illo qui dem augmētato aliq̄d inde separat vnde for/ mant posterorū corpa. ⁊ ita pgredit p̄creatio/ nis ordo lege ppagatōnis vsq̄ ad finē huma ni generis. ¶ Et istā opinionē pbat mgr̄ ea/ dem distinctōe. c. vlti. tripliciter. ¶ Primo 1 autoritate saluatoris dicētis i euāgelio. Om ne qd̄ in os intrat in ventrē vadit ⁊ in secessuꝫ vertit. ¶ Secūdo ratōne. qꝫ puer qui statum 2 post ortū morit. i illa statura resurget quā ha bitur̄ erat si viueret vsq̄ ad etatē triginta an norū nullo vicio corpis impedit̄. Ūn̄ ergo il la substātia que adeo parua fuit mortua: i re/ surrectōne tā magna erit nisi sui in se multipli catione. ¶ Tercio pbando hoc idē exēplo sb dit immediate post verba p̄dicta dicēs. Ūn̄ ap paret q̃ etiā si viueret: nō aliūde sz i se augmē taret illa substātia. sicut costa de qua facta est 4 mulier. ⁊ sicut panes euāgelici. ¶ Istā opini onē etiā quidā alij pbant sic. Si aliq̄d ab ex trinseco superueniēs posset cōuerti in veritatē humane nature. tūc quilibet homo esset incor ruptibilis. Falsitas cōsequētis per quotidia/ nā experientiā manifeste apparet. ac p philo/ sophiā. nec nō p sacrā scripturā. Cōsequētia pbat. qꝫ per talē cōtinuā cōuersionē semp de/ perditū posset restaurari. ⁊ sic nunq̄ cōsume/ retur illud qd̄ est de veritate humane nature. ⁊ per cōsequēs ipe homo nunq̄ moreretur.

Cōtra opinionē magistri. ¶ Sz salua mgr̄i reuerētia. ista opinio non videt esse ꝟa. qꝫ si absq̄ omi additōne extrin seca solū ex diuisione ⁊ subdiuisione illꝰ qd̄ pgeniti a primis parētibꝰ ab ip sis acceperūt. fieret humanorū corporū ppagatio ⁊ augmen tatio. tunc iā diu cessasset hominū generatio Nā si illa portio substātie accepta a p̄mis pa rentibꝰ fuisset maior quocūq̄ monte. iā p cō/ tinuā subdiuisionē diu fuisset ꝛsumpta P. 2 quādo ipsi dicūt q̃ istud acceptū a substātia primorū parentū multiplicat in se. vel ipsi in/ telligunt q̃ hmōi multiplicatio fiat naturali ter. vel miraculose. Primū nō possunt dare. qꝫ natura nō potest facere de minori maiꝰ ni/ hil addēdo nisi rarefaciēdo. sz qd̄ sola rarefa/ ctione dilatat. hꝫ ppie nō augmentat. vt pa/ tet. i. de generatōne. ples autē genita ppie au gmentat. vt patet ibidē. igit̄ isti nō possunt hꝫ modo dicēdo saluare augmentū ppie dictū qd̄ naturaliter fit in hominibꝰ. Etiā corpus auctū puta corpꝰ hominis adulti nō est rari us q̄ erat quādo idē homo fuit paruulꝰ. imo est solidꝰ ⁊ densꝰ. vt experimētaliter videmꝰ ergo nō p̄cedit corpus humanum de minore ad maius per aliquā rarefactionē. Etiā si pro cessisset huiusmodi rarefactio a primis parē/ tibꝰ vsq̄ modo. tūc illud qd̄ d veritate huma ne nature esset p nūc in quocūq̄ homine. mi lies milies ⁊ quasi sine pportōne esset rarꝰ ig ne. qd̄ ridiculū est dicere. ¶ Si intelligūt se cundo modo. tūc nullꝰ hominis generatio vel geniti augmētatio esset naturalis. sed solū miraculosa. quia generatio vel augmētatio q̄ fit per miraculū est miraculosa. sicut illa que fit per actū nature est naturalis. qd̄ nullus di ceret nisi ille qui ordinē ⁊ cursum nature puer tere nō curaret. ¶ Ad primū motiuū magi/ Solutio stri dicendū q̃ saluator p illa verba nō inten Ad. 1. dit dicere q̃ nihil de alimēto cōuertat in cor/ pus humanū. alias deus frustra dedisset ho/ mini virtutē vegetatiuā. Sz vult dicere q̃ ali/ mentū corporaliter nō ingredit animā. sz cor/ poralē ventrē. ⁊ omē qd̄ superfluitatis est ibi ⁊ corpalis immundicie hoc emittit per secessum. hoc autē qd̄ est purū cōuertit in corpus hu/ manū. ¶ Etiā illa distributio cū dicit omē. nō est in isto ppositō ita simpliciter accipien da. qꝫ experimēto discimus q̃ aliq̄d de cibo re manet apud dentes vel quādoq̄ reiciꝫ d ore. ⁊ per cōsequens patet aliquid intrare os qd̄ ni vadit ad ventrē litteraliter accipiendo. sicut videt magister istud verbū accipere ¶ Ad se Ad. 2. cundū dicendū q̃ corpus pueri in resurrectio ne nō deuenit ad tantā quantitatē p sui in se naturalē multiplicationē. sz p diuine virtutꝫ supnaturalē operatōem. ⁊ iō nihil ē ad ppositū i

quo loquimur de augmento rebꝫ naturalibꝫ
Ad.3. naturaliter cõpetente. ¶ Et per hoc patet ad
tertiũ. quia exẽpla que adducit de costa ⁊ de
panibꝫ paucis quibꝫ fm euangeliũ satiati su
erunt multa milia hoim. nõ sunt ad ꝓpositũ
qꝛ multiplicatio facta fuit in eis supnaturali
ter ⁊ valde miraculose. qd̃ nõ ꝓtingit in au/
gmento rꝝ naturaliũ. qꝛ sine miraculo sup/
posita cõmuni dei influẽtia res naturales ge/
nerant ⁊ augmentant. Juxta qd̃ ait beat⁹ au/
gustin⁹. q̃ sic de⁹ cũcta sua maiestate gubernat
Ad.4. vt tamẽ secũdas causas ꝓprios suos cursus
agere sinat. ¶ Ad quartu nego cõsequentiã.
Ad ꝓbationẽ dicẽdũ. q̃ licꝫ deperditũ restau
retur p alimentũ ordinate digestũ. tamẽ qꝛ re
stauratũ nõ est eque puꝝ sicut fuit deperditũ.
ideo ꝓpter cõtinuã intensionẽ hmõi impuri
tatis cõtinget vltimate humidũ radicale de/
ficere. ⁊ vnũqd̃qꝫ animal naturaliter tandẽ
corrũpi. vt patet primo ⁊ secũdo de generatõe
¶ Exemplũ patet ad ꝓpositũ de aqua vino ĩ
fusa. que primo vincit ⁊ in naturã vini mu/
tatur. que infusio si cõtinuat vinũ primo de/
bilitat. ⁊ tandẽ natura vini corrumpit. Sic
Opinio se in ꝓposito ⁊c. ¶ Opinio secũda p̃dictis cõ/
cunda. traria est. q̃ ponit q̃ aliq̃d extrinsec⁹ aduenies
cõuertit in veritatẽ humane nature. puta illd̃
humidũ qd̃ in parentibꝫ fit ex superfluo alimẽ
ti ex quo generat ꝓles. qꝛ illud qd̃ erat humi/
dũ nutritiũ in parentibꝫ fit humidus ra/
dicale in ꝓle. Solũ autẽ humidus radicale
fm istos est de veritate humane nature. Et
istud humidũ radicale manet idẽ in tota vi/
ta hoim. ⁊ nihil in ipm cõuertit per actũ vir
tutis nutritiue. sed solũ talis cõuersio fit ĩ car
nẽ ⁊ in alias ꝑtes corꝑis ꝑ cõplenda homis
Cõtra eã. quãtitate. ¶ Sꝫ nec istud valet. Quia hu/
1 midũ radicale fm phisicos calore naturali de
pascit. igit̃ necesse est vt aliquid de alimẽto p
actũ virtutis nutritiue in ipm cõuertat. Si
nõ. tunc cito cõsumeret. ⁊ per cõsequens non
2 maneret idẽ. sicut ista opinio ponit. ¶ P. q̃li
bet pars aucti est aucta. vt dicit p̃mo de gene/
ratõne. Sed humidũ radicale est principa/
lis pars corꝑis humani. vt etiã isti ꝓcedũt.
ergo aucto corꝑe humano necesse est humi/
dũ radicale augeri. ⁊ per cõsequẽs aliquid cõ
uertet̃ in ipm de extrinseco alimẽto ⁊ per actũ
virtutis nutritiue per quã fit augmentũ ĩ hu
mano corꝑe. ¶ Cõclusio secũda est. q̃ d̃ ta
Cõclusio libꝫ partibꝫ que ad veritatẽ nature spectabãt
secũda. in tota vita hominis tot resurgent in homiẽ
quot sufficiũt ad integrandũ perfectã staturã
⁊ figurã hominis. ad quã apta nata est natu
ra humana pertingere circa tricesimũ annũ.
semoto omni erroꝛe ⁊ impedimento. Quia vbi 1
solus de⁹ operat̃ ibi effect⁹ nõ minus ad perfe
ctum deducit̃ q̃ sit apt⁹ natus deduci medi
te quacũqꝫ virtute naturali remoto seu ꝓpo/
sito omni erroꝛe ⁊ impedimẽto. Sed vt patet
ex precedenti q̃stione formationeꝫ corꝑoꝝ in
mortuoꝝ resurrectõne sol⁹ deus operat̃. ⁊ vir/
tus naturalis ꝑducit corꝑ⁹ humanũ ad per/
fectam staturã ⁊ figurã infra triginta annos.
supposito q̃ nõ erret. sicut accidit circa fetus
monstruosos. nec impediat̃. sicut cõtingit in
hominibꝫ qui infirmant̃: vulnerant̃: mebris
truncant̃: vel moriunt̃ paululq̃ fm staturã cor
poris perficiant̃. ergo ⁊c. Maior patꝫ. qꝛ dei
perfecta sunt opa. vt dicit Deutero. xxxij. Pa
tet etiã minor quantũ ad omnes suas partes.
¶ P. ista videt̃ esse intẽto apli ad Eph. iij. 2
vbi ait. Donec occurramus omnes in virũ pfe/
ctum in mensurã etatis plenitudinis christi.
¶ Forte dicet̃ cõtra istã cõclusionẽ q̃ multi re/ Instantia
surgent in iudicio qui nunq̃ in tota vita sua 1
habuerũt tot partes corꝑis ꝑspectantes ad ve/
ritatẽ humane nature que sufficiãt ad integrã/
dam perfectã hominis staturã. sicut apparet
in his qui paruuli moriunt̃. ergo saltẽ taliꝫ
corꝑa in resurrectõne nõ erũt ꝑfecte stature.
¶ P. sicut multe referũt historie. ⁊ sicut etiaꝫ 2
patet ꝑ textũ philosophi. vij. ethicoꝝ. multi
quãdoqꝫ fuerũt homines bestiales. qui ꝓsue
to modo comederũt carnes humanas. Cũ er
go tales carnes nõ possint in vtroqꝫ resurgere
in comedẽte scilicet ⁊ comesto. sequit̃ q̃ alter
istorũ in resurrectõne mortuoꝝ non habebit
corꝑ⁹ perfecte stature. ¶ P. multa sunt mem 3
bra corꝑis humani que nõ resurgẽt. ergo cor
pus resurgẽtis nõ habebit eque perfectã figu
rã sicut nũc habet. Consequẽtia patet. qꝛ mẽ/
broꝝ dispositio includit̃ in isti⁹ corꝑoꝝ figu
ra cui⁹ dicunt̃ esse mẽbra. Antecedẽs ꝓbatur
qꝛ multa pro nũc sunt mẽbra homini necessa
ria ⁊ vtilia. que ꝑ tũc essent frustra ⁊ inutilia.
sicut apparet de mẽbris genitalibꝫ. de dentibꝫ
⁊ intestinis. Sꝫ de⁹ ⁊ natura nihil faciũt fru Solutio
stra. vt dicit̃ de ce. ⁊ mun. ergo ⁊c. ¶ Ad pri/ Ad.1.
mum dicendũ q̃ in quibus cũqꝫ materia ꝑha
bita nõ sufficit in illoꝝ resurrectõne deus illã
modicã materiã prehabitã in seipa miraculo
se multiplicat. donec sufficiat ad talẽ perfectã
staturam ⁊ figurã ad quã ille homo venisset
per naturam. si absq̃ erroꝛe nature ⁊ sine om/
ni impedimento triginta annis vixisset.

Ad.2. ¶ Ad secundū dicendū q̃ illud qd̄ comestū est. vel erat de veritate nature i vno. ⁊ superfluū i altero. ⁊ tūc resurget i illo de cui⁹ veritate nature dicit fuisse. vel erat de veritate nature in vtroq̃. ⁊ hoc dupliciter. q̃ vel erat eque d̄ veritate nature in vtroq̃. vel in vno magis q̃ in alio. ¶ Ad cui⁹ intellectū est aduertendū q̃ humidū radicale. puta illud qd̄ ples ꝯsequit a parētibꝫ p actū virtutis generatiue. est magis de veritate nature q̃ illud quo postea auget qd̄ ꝯsequit p actū virtutis nutritiue. ¶ Do do ponat casus q̃ paruul⁹ hodie nat⁹ comedat a viro ⁊ mliere. ⁊ illud qd̄ fuit humidū radicale in illo puulo cōuertat in sanguinē mēstruū in muliere. ⁊ i viro in semē virile. Quo facto cognoscat vir iste illā mulierē. ⁊ ꝯcipiat tūc illud idē qd̄ pri⁹ fuit materia humidi radicalis i ple comesta. hoc erit postea etiā materia humidi radicalis in ple cōcepta. Quo casu posito tūc resurget in ple comesta. quia aīa illi⁹ pri⁹ habuit habitudinē ad illā corpalem portionē q̃ aīa plis sequētis. ¶ Si aūt in vno est magis d̄ veritate humane nature. tūc in illo resurget. ⁊ si alteri ñ sufficit residua materia p pfecta statura ⁊ figura sui corpis. tūc de⁹ per suā potentiā multiplicabit hmōi materiā donec sufficiat. ¶ Ad tertiū nego antecedēs. Ad pbationē dicendū q̃ q̃uis talia mēbra in statu illo nō d̄seruiūt ad eundē vsū ad quē i statu isto deseruiūt. tamē nō erūt frustra. q̃ ipis cōplebit pfecta hūani corpis figura. Sicut em̄ ocul⁹ i homīe picto quāuis nō eliciat actū vidēdi. tamē nō est frustra. q̃ deseruit ad cōplendū figurā hois iuxta intentionē artificis. Sic in pposito ⁊c.

De hūido radicali ab sumpto.

Ad.3.

Articulus secund⁹.

Quantū ad secūdū

articulū breuiter dico q̃ loc⁹ reprobꝫ seu dāmatoꝝ est infernalis ignis. ad quē locū etiā cū suis corpibꝫ detrudent p sententiā extremi iudicij dicente christo Matth. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. ¶ Sz qualis sit iste ignis. ⁊ vbi sit. patebit circa distinctionē prime sequentē. in qua tractat de habitaculis animarū post pseētē vitā.

Articulus tertius.

Quātū ad tertium

articulū pono duas cōclusiones. ¶ Prima est q̃ corpora damnatoꝝ patient pēna maxima ab igne ifernali. Quia sicut corpora beatorum se habebūt ad gloriā. sic se habebunt corpora damnatorū ad pēnā. Sed corpa beatorum glorificabunt celesti gloria que est sūma gloria corporalis. ergo corpa damnatoꝝ punient infernali pena que est maxima inter omēs pēnas quibꝫ corpus potest affligi. vt testant omēs doctores sancti. ¶ P. sicut anime beatorū meruerūt mediātibꝫ suis corpibꝫ. sic anime reprobꝫ peccauerūt ⁊ demeruerūt mediantibꝫ corporibꝫ suis. ergo sicut corpa beatorūz resuscitabunt ad percipiendū maximū premiū. sic corpora reprobꝫ resuscitabūtur ad percipiēdū maximā penā. que cōmuniter pena ignis solet appellari. ¶ Forte dicet cōtra istā cōclusionē. q̃ in essentialiter ordinatis cessante primo ⁊ suprioꝝ. necesse ē omē inferi⁹ ⁊ posteri⁹ a sua opatōne cessare. Sz mot⁹ celi est ordine essentiali prior omnibꝫ motibꝫ istorum inferioꝝ. qui quidē motus celi cessabit i die extremi iudicij. igit post illū diē ignis nō poterit agere in corpa reprobꝫ. Maior patet. q̃ si posteri⁹ posset suā operationē exercere sine priori. tunc nō dependeret ab eo. nec p ꝯsequēs essz ordine essentiali posteri⁹ eo Minor quantū ad primā partē cōcedit ⁊ cōmuniter ponit tam a theologis q̃ a philosophis. Sz quantū ad secundā partē a theologis cōmuniter est cōcessa. ⁊ trahit a sacra scriptura. Apocal. x. vbi iurauit angel⁹ p viuentē in secula seculoꝝ. quia temp⁹ ampli⁹ nō erit. nec p cōsequēs erit mot⁹. cū omis mot⁹ fact⁹ a creatura tēpore mensuret. ¶ P. ignis inferni nō est corpalis. ergo nō est actiu⁹ in corpa reprobꝫ. Cōsequētia patet. q̃ actiuū ⁊ passiuū debent cōmunicare in materia. sed qd̄ nō est corporale nō cōmunicat i materia cū corpe. Antecedēs habet autoritate augu. qui sup Gen. ait. Substātiā inferioꝝ spiritualē esse arbitror nō corpalē. Et idē augustin⁹ in li. de spiritu ⁊ anima ait. Nō sunt corpalia sz corpibꝫ similia quibꝫ anime defunctoꝝ exute afficiuntur. Sed eodē igne afficiunt anime exute et corporibꝫ cōiuncte. ¶ Idē patet p Damas. qui i lib. q̃rto ait. Tradet dyabol⁹ ⁊ angeli ei⁹ in ignē eternū. nō materialē qualis est apud nos. sed qualē vtiq̃ deus nouit. ¶ Itē gregorius in lib. dyalogoꝝ ait. Ignis iste cū sit incorpore⁹ in semetipo reprobos cruciabit. ¶ Ad primū dicendū q̃ licet maior sit vera manēte hoc ordine rerū ⁊ cursu naturali. tamē mutato isto ordine tūc nō est ꝓ'a. Ad pbatōez dicēdū q̃ i punitōe reprobꝫ ignis infernal' absoluit p diuinā potētiā ab isto ordine ⁊ ab hmōi dependētia qua in sua operatōne a motu celi dependet. non enim quo ad hoc agit iplē ignis

1

Instantia 1

2

Solutio Ad. 1.

Ad.2. in virtute celi. sz in virtute dei. ¶ Ad secūdū nego antecedēs. Ad ꝓbationē dicendū q̃ ignis infernalis vel infern⁹ potest dupliciter cōsiderari. Uno modo fm se ⁊ in ꝓpria sua substantia. ⁊ sic vere est corpalis. Alio modo q̃ntū ad passionē quā infligit his qui ex ordine diuine iusticie sue actōi subijciunt. ⁊ sic dicit spūalis. qz vt cōmuniter dicit hmōi passionē nō infert actione reali. sz intētio naturali. Et ꝑ hoc patet ad autoritates augu. ⁊ grego. qz ipi nō loquunt de isto igne fm q̃ habet esse in se. sz fm q̃ habet esse in ipo patiēte. ⁊ hoc esse est intētionale ⁊ ꝑ cōsequēs spūale. ¶ Ad dictū dam̄. dicendū q̃ ipe nō negat simpliciter illū ignē esse materiale. sz solū negat eo modo quo iste ignis est materialis qui est apd nos. qz ignis inferni habz materiā stabilē ita q̃ nō indiget quotidie nouo cibo seu fomēto sicut ignis qui est apud nos. ¶ Cōclusio secūda est q̃ corpora reprobōz post diē iudicij nūq̃z corrumpent licet maxime affligant. Quia pena eoz erit eterna. ergo ipa nō erūt vnq̃z corrupta. Consequētia patet. qz cū pena sit accidens patiētis. ipa nō potest ꝑpetuari nisi ipo patiēte perpetuo manēte. Antecedēs habetur Matth. xxv. vbi de reprobis dicit. Ibūt hi in supplicū eternū. Et Isa. vltimo. c. dicit. Ignis eoz nō extinguet. ¶ Pullud qd̄ sic afligit q̃ nō cōsumit hoc ex sua afflicōne non corrumpet. corpora reprobōz post diē iudicij sic affligent q̃ nō cōsument. Maior patz. Et minor ꝓbat. quia iob. x. vbi satis ꝓlixe describitur pena hois reprobati inter alia dicit sic. Luet omia que fecit nec tamē cōsumet. ¶ P. incorruptibilitas quā. i. ad Chor. xv. aplus ꝑdicat per mortuoz resurrectionē esse ventura. nō solū verificat quantū ad animā. qz etiā ante resurrectionē anima homis fuit incorruptibilis. sed verificat quantū ad totū cōiunctum. Sz totū cōiunctū nō posset esse īcorruptibile si ipm corp⁹ homis quādoq̃z corrūperetur. ¶ Forte dicet q̃ prima cōclusio huic cōclusioni cōtradicat. qz omē corp⁹ qd̄ a corpali igne est vere ⁊ intēse passibile. hoc est ab eo vere corruptibile. Sz corp⁹ cuiuslibet reprobati est intēsissime passibile ī inferno a corpali igne. vt dicit prima cōclusio. ergo erit ab eo corruptibile. cui⁹ oppositū ponit ista cōclusio Maior patet. qz esse impassibile videt eē cōsequēs necessariū ad esse incorruptibile. Unde bene sequit. corp⁹ glorificatū est incorruptibile. ergo est impassibile. ita q̃ necessaria cōsequētia cōuincit habere dotē impassibilitatis. Enā corp⁹ celeste est incorruptibile. ergo necessario est impassibile. Cōsq̃ quāuis spera ignis attingat corp⁹ lune. tamē corp⁹ lune nihil patit ab igne. eo q̃ sit incorruptibile. ergo arguēdo ab opposito cōsequētis sequit. illud est passibile. ergo est corruptibile. ¶ P. omē cōpositū ex cōtrariis fm sui naturā est corruptibile. ⁊ ꝑ cōsequēs tandē corrumpet nisi dos impassibilitatis supnaturaliter sibi cōferat. Sz corpa reprobōz sūt cōposita ex cōtrariis. ⁊ ipis ñ cōfert dos impassibilitatis. qz talis dos tantūmodo inuenit in corpe glificato. q̃ zc. ¶ P. oīs passio igne facta abijcit a sbstātia. Sz corpa dānatoz cōtinue sustinēt passionē illatā ab igne q̃ ꝑpter cōtinuā abiectionē sue substātie tandē penit⁹ cōsument. ¶ P. agēs ꝑdominās patiēti assimulat sibi passū. ⁊ tandē cōuertit ipm ī ꝓpriā suā naturā. Sz ignis inferni ꝑdominat illis corpib⁹ ⁊ agit ī ea. ergo videt q̃ talia corpa cōuertant in ipm ignē. ⁊ ꝑ cōsequēs ī suis naturis ꝓpriis corrumpent. ¶ P. intēsus dolor est via ⁊ quasi dispositio ad mortē Sz dolor inferni est intēsissimus dolor. ergo zc. ¶ P. si corp⁹ damnati homis semp̃ duraret tūc esset infinite virtutis. Cōsequēs est falsz. vt de se patet. Probatio cōsequētie. Positis ei duabo reb⁹ quaz vna potest durare ꝑ vnū annum ⁊ nō ampli⁹. alia vero potest durare vel habet vigorē durādi ꝑ duos annos. tūc planū est q̃ secūda est maioris virtutis q̃z prima. qz vigor quo durare potest ꝑ vnū annū adequat totū vigorē prime. ⁊ ꝑ cōsequens toto illo vigore quo durare potest secūda ꝑ aliū annum excedit vigorē prime. Et eadē ratōne si ponit tercia q̃ durare poterit ꝑ tres annos illa excedit secundā. Et sic deinceps in infinitū Ergo si aliqua res durare poterit in infinitū illa habebit virtutē infiniti vigoris. q̃ nō pōt cōpetere alicui creature ¶ P. nihil impedit ꝑpetue ne tendat in illud ad qd̄ naturaliter inclinat. Sz omē corpus humanū naturaliter tendit ad corruptionē ergo nō impedet perpetua corruptōe. ⁊ ꝑ cōsequēs quādoq̃z corrumpet. Maior patet. qz quādocūq̃z aliqua res impedit ne ꝑtingat ad illud in qd̄ naturaliter tēdit. tūc violēter impedit. Sz nullū violentū potest esse ꝑpetuū. vt dicit ꝑmo celi Probatō minoris. qz q̃ncūq̃z aliq̃ res sino naturali cursui ⁊ suis naturalib⁹ ꝓncipijs derelicta tēdit ī aliq̃d. tūc naturalit dicit tēdere ī illud. Sz qd̄libet corp⁹ hūanū suo natali cursui derelictū tēdit ī corruptōez. q̃ zc. ¶ P. omē corp⁹ habēs materiā cū annexa sibi ꝓpriatōe

Ad.2.

Cōclusio secūda.

1

2

3

Instantia 1

7

est ppie corruptibile. Sed corp⁹ cuiuslibet dãnati habet materiã cũ priuatõe annexa. ꝗ ꝛc. Maior patet. i. phisi. ⁊ in mlris alijs locis phic. Minor pbat. qꝛ si materia dãnati corporis nõ haberet annexã priuatõem. tũc ñ posset alterari. ppter hoc em corpus celeste dicit alterãs inalterabile. qꝛ dato ꝙ habeat materiam. tñ hmõi materia nõ habet priuatõem annexã. ¶ P. ex hꝯ aliqd corp⁹ dicit incorruptibile. qꝛ sua forma ita satiat eⁿ materiã ꝙ non potest appetere aliã formã. Sed materia corporis dãnati nõ videt magis esse satiata forma q̃ fuerat hic i via. qd patet ex hoc. qꝛ non est min⁹ passibilis q̃ fuerat hic i via. ¶ P. q̃cunq̃ diuino iudicio ẽ iudicat⁹ ad maximã pnã. ille a pena mortis nõ debet esse immunis. Sz quilibet damnat⁹ est diuino iudicio determinat⁹ ad sustinendũ maximã pnã. ꝗ ꝛc. Minor ẽ nota cuilibet fideli. Maior ẽ pbo. qꝛ pena mortis est sũma omniũ pnarũ. Propter hꝯ em dicit. iij. ethico. ꝙ omniũ terribiliũ termin⁹ mors est. ¶ P. ista videt esse intẽtio beati augustini in lib. de natura bonⁿ. vbi aut. ꝙ reprobi qꝛ volẽtes corrupti sũt in pctis. in uiti corrũpent in penis. ¶ Sz q̃uis ista ab aliquibꝯ hereticis p errorꝭ sui velamine possint adduci. tñ ñ ꝛcludũt. Qꝛ ꝙ reprobi post mortẽ resurgãt patet ex pcedenti q̃stione. Quãt post hmõi resurrectõem in suis penis ppetue remaneãt. patet apoc. ix. vbi de damnatis hominibꝯ dicit. In diebꝯ illis querẽt homines mortẽ ⁊ nõ inuenient illã. ⁊ desiderabũt mori ⁊ fugiet mors ab eis. ¶ Possibilitatẽ etiã isti⁹ .s. ꝙ corpa reprobꝯ nunq̃ cõsumentur quãuis ppetuo igne crementur. declarat beat⁹ augustin⁹ in lib. de ciui. dei. mltiplici exẽplo ex his q̃ videm⁹ etiã in rebꝯ naturalibꝯ. Nã salamãdra viuit i igne ⁊ nõ cõsumit ab igne. ¶ Item aurꝯ rutilat in igne. ⁊ nõ ꝛsumit ab igne. ¶ Item ponit exemplũ de montibꝯ sicilie. q̃ vt ait aug. ab antiq̃ssimis tẽpꝯibꝯ arserũt. ⁊ tñ nõdum cõsumpti sunt. ¶ Et si de illis montibꝯ mirabat augustin⁹. mlto magis nos mirari possumus. qꝛ nec hodierna die apparet ꝛsumptio illoꝝ montũ. quãuis eoꝝ cõtinua inflãmatio videat. ¶ P. in legẽda sancti nicolai legit ꝙ in partibꝯ oriẽtis quidã ignis inuenit qui manũ sibi appositã vehemẽter affligit. ⁊ tñ de hmõi manu sibi apposita nihil cõsumit. Ex quibꝯ omnibꝯ apparet satis esse possibile. ꝙ corpora reprobꝯ igne perpetuo cruciant. q̃uis quo ad eoꝝ substantiã minime corrumpant.

Solutio Ad. 1.

Ad primũ dicendũ. ꝙ posito ꝙ maior esset vera supposito naturali cursu rerꝯ quẽ p nũc cõmuniter videm⁹. tamẽ isto cursu mutato ñ est vera. qꝛ nulla causa secũda agit nisi put recipit influentiã cause pme. vt patꝯ p autorẽ de causis. hmõi autẽ influẽtia pcedit a pma causa que est ipe de⁹ libere ⁊ nõ ex necessitate natu re. vt patet ex his que dixi lib. ij. dist. i. q. ij. arti. iij. igit de⁹ potest per liberã suã influentiã igne coopari tali modo vt corpi humano inferat passionẽ maxime afflictiuã ꝙ tamẽ ex hoc nõ coopabit ei vt inferat corruptionẽ. Et similiter poterit influere humano corpi ad hoc vt recipiat ignis vel cuiuscũq̃ alteri⁹ corpis actionẽ put est afflictiua. nõ influendo eidẽ corpori ad recipiendũ hmõi actionẽ put est corruptiua. Quãuis em fm cursũ nature cõmune si quis gladio pforaret corpus alicui⁹ hominis. iste sua actõne ita inferret tali homini lesionẽ ꝙ etiã necessario inferret corruptionẽ. tamẽ si de⁹ influeret illi cordi ad recipiendũ hmõi pforationẽ put est lesiua seu afflictiua. ⁊ non put est corruptõnis inductiua. tunc si omni die corpus illi⁹ hominis centies penetraret. quãuis multũ ex hoc affligeret. tamẽ nunq̃ ppter hmõi lesiuas penetratõnes moreretur. Sic in pposito ꝛc. ¶ Ad pbationẽ dicendũ ꝙ esse impassibile nõ est necessariũ cõsequens ad esse incorruptibile. supposito ꝙ diuina influentia assistat rei ad recipiendũ actionẽ agẽtis put est passionis illatiua. ⁊ nõ put est corruptiua. hoc em posito tũc res est incorruptibilis. quãuis sit vere passibilis. ¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ maior nõ est vera cessante motu celi ⁊ mutato ordine rerꝯ modo predicto. Ad. 2.

¶ Ad terciũ dicendũ ꝙ maior nõ est ꝛa supposito ꝙ deus influat ad hoc ꝙ fiat passio. ⁊ nõ influat ad hoc ꝙ substantie fiat abiectio. Ad. 3.

¶ Ad quartum dicendum ꝙ quãuis agens ex hoc dicat pdominari patienti ꝙ imprimit ei suã similitudinẽ. tamẽ nõ cõuertit ipm i naturã suã ex hoc ꝙ imprimit ei suã similitudinẽ quantũ ad formas accidẽtales. nisi etiã talis impssio fiat quantũ ad formã substãtialẽ. Cũ igit de⁹ fm fidẽ nostrã nõ cooperet infernali igni ad hoc ꝙ suã formã substãtialez inducat in corpa damnatorꝯ. ꝛz solũ cooperet ei ad hoc. vt in hmõi corpora inducat suas formas accidentales. ⁊ hoc vel realiter. vt dicit vna opinio. vel intentõnaliter vt ponit alia opinio. igit quãuis ille ignis hmõi corpa affligat in ducendo q̃litates valde lesiuas. ipa tñ nõ cuertit i naturã ignis. nec p ꝛsẽs hmõi corpa p corruptõem recedẽt a ppis suis natis Ad. 4.

Ad.5. ¶ Ad quintū dd. q̃ maior ñ est vniū salit va
q̃ qñq̃ mediāte intenso dolore aliq̃s curat a
mortali dispositōe. ¶ Dato etiā q̃ illa maior
esset vera fm ordinē nature. tm̄ nō esset vera
fm ordinē diuīe iusticie. Cū ḡ corpa reprobō
rū ab igne inferni grauissime patiant nō fm
ordinē nature. sz fm ordinē diuīe iusticie. iō
Ad.6. ꝛc. ¶ Ad sextū nego ꝛsequentiā. Ad pbatio
nē dicendū q̃ ex maiori duratōe nō pt argui
maior virt⁹ in vigore. q̃ sep⁹ videm⁹ q̃ res q̃
est minoris virtut⁹ ꝛ vigoris diuti⁹ durat. q̃z
illa q̃ est maioris virtut⁹ ꝛ vigoris. citi⁹ ei cor
rumpit hō viu⁹. q̃z vilis lapis in q̃ est hō pi
ctus vel sculpt⁹. Et qñ dicit q̃ vigor quo res
duor annor durauit p vnū annuz adequat
ꝛc. dico q̃ ex hoc nō habet adequatio virtut⁹.
quāuis habeat cōmēsuratō duratōis. nec ex
h̄ q̃ durat p annū sequentē excedit in virtute
q̃uis excedat in duratōe vel in virtutis cōti
nuatōe. q̃ nihil prohibet rem minoris virtutis
qñq̃ longiori tpe durare. ꝛ h̄ vel q̃ magꝭ elō
gata est a suo ꝛtrario. vel q̃ magꝭ ꝛseruat ab
extrinseco. ¶ Ex hoc etiā iste mod⁹ arguendi
patet esse falsus. q̃ p istū modū pbaret q̃ nul
la substātia creata esset incorruptibilis. cū nul
la talis substātia sit infinite virtut⁹ in vigore
qd tm̄ falsū est nō solū apud theologos: verū
etiā apud phos q̃ ponūt celū esse incorrupti
bile. ꝛ aiam intellectiuā ꝛ quālibet intelligen
tiā. ¶ Etiā dato q̃ istud esset alicui⁹ apparē
tie agentibꝫ ꝛ patientibꝫ derelictis suis cursi
bus naturalibꝫ. tm̄ istis reductis ad diuinaz
potentiā. tūc ista deductio nulli⁹ est apparen
tie. q̃ de⁹ rem minime virtutis posset semp in
esse cōseruare. Et dato q̃ ex sua natura eēt cor
ruptibilis. tm̄ de⁹ posset semp suspendere actio
nē corrūpentis inq̃tū hmōi actio esset corru
Ad.7. ptiua. ¶ Ad septimu nego minorē. q̃ postq̃z
cessabit mot⁹ celi q̃ est principiū generatōnis
ꝛ corruptōis in rebꝫ inferioribꝫ tūc corp⁹ hu
manū nō tendet naturaliter in corruptionē.
q̃ fm ordinē quē p tūc de⁹ instituet hmōi cor
pus erit incorruptibile. Optet em̄ corrupti
bile hoc inducere incorruptionem ꝛc. sicut ait
apls. 1. ad Thoz. xv. Ad pbationē patet. q̃
nō arguit nisi d naturali cursu rerū quē p nūc
videm⁹. ꝛ nō de illo cursu quē post hāc vitaz
Ad.8. expectam⁹. ¶ Ad octauū nego minorē. q̃ pri
uatio nō dicit solā carentiā alicui⁹ forme. sed
dicit carentiā cū aptitudine ad eā. vt patet. i.
phisi. Sz materia illoz corporū post mortuo
rū resurrectionē q̃uis multis formis substā
tialibꝫ careat. tm̄ ad nullā habet aptitudinem
naturalē. cui⁹ ratio est. q̃ omī aptitudini na
turali se tenēti ex pte potētie passiue respōdet i
natura aliq̃ potētia actiua qua hmōi aptitu
do est ad actū reducibilis Sz cessante motu
celi. tūc in tota natura creata nō apparet aliq̃
potētia actiua qua possit aliq̃ alia forma sub
stantialis induci in materiā illoz corporū. er
go p tūc nō erit in illis corpibꝫ aptitudo na
turalis ad formas substātiales quibꝫ carent.
¶ Forte dicet q̃ virtute diuīa possūt alie forme substātiales induci i materiā illoz corpo
rū. ḡ hmōi corpa saltē in ordīe ad diuīnā po
tentiā habēt aptitudinē ad recipiendū alias
formas substātiales. ḡ ꝛc. ¶ Rūdeo q̃ talis
aptitudo ñ est naturalis. sz solū obedientialis.
ꝛ hec aptitudo nō ponit in descriptōe priuati
onis. alias priuatio esset ānexa materie celi. q̃
etiā in materia celi est obedientialis aptitudo
ad recipiendū omnē formā quā de⁹ voluerit
inducere in ipam. ¶ Ad pbationē minoris
cū dicit. si nō haberet priuationē annexā. tūc
nō posset alterari. dicēdū q̃ loquēdo de priua
tione forme substātialis. tūc falsa est ꝛsequentia
q̃ dato q̃ aliq̃ corpalis substātia non habeat
naturalē aptitudinē ad aliā formā substātia
lē. tm̄ ex h̄ nō sequit q̃ nō possit alterari. q̃ al
teratio nō est mutatio fm formā substātialē
sz solū fm accidentalē. Corpa igit damnato
rū vere alterant q̃uis nō corrūpant. q̃ nō so
lū calore verū etiā frigore patiunt. iuxta illud
Job. xxiiij. de aqis niuū vadunt ad calorē ni
miū. tm̄ nō corrūpunt. q̃ talis alteratio nō di
sponit ad corruptionē. vt patet ex solutōe pri
mi argumēti. ¶ Ad nonū dicendū ad maio
rē q̃ nō solū corp⁹ pt esse incorruptibile ꝓpter
satietatē siue materie. sz etiā ꝓpter mutationē
ordinis virtutū actiuarū potentiū corrūpen
tē corp⁹. ꝛ ꝓpter h̄ q̃ de⁹ pt suspēdere actionez
cuiuslibet agētis respectu talis corpis inq̃tū
hmōi actio pt esse corruptiua. dato q̃ nō su
spendat eā. sz pot⁹ p omīpotētie sue influētiā
coagat ei inq̃tuz est afflictiua seu alteratiua.
¶ Etiā minor nō est vera. q̃ appellādo ma
teriā satiatā q̃ nō habet naturalē aptitudinez
ad aliā formā substātialē. tūc materia corpis
dānati erit satiata. q̃uis in via nō fuerit satia
ta. q̃ ꝓpter causas ꝓdictas tūc nō habebit na
turalē aptitudinē ad aliā formā. q̃uis in via
habeat hmōi aptitudinē. ¶ Qz autē manet
passibilis passione afflictiua. h̄ nō est ex natu
rali rerū ordine. sz ex diuina volūtate. ꝛ ex or
dine diuine iusticie. ¶ Ad decimū dicendū
q̃ q̃uis dānati non corrūpant q̃tū ad sbam

Instantia

Solutio

Ad.9.

Ad.10.

suā. tñ nō sunt īmunes a pena mortis. semper em dānati sustinēt talē penā q̄ multo maior eē videt q̄z sit pena hoīs morientis. Propter qd̄ pena dānatoꝝ dicit mors ppetua. qz z si ñ formaliter. tñ equivalēter includit penā cuiusli/
Ad.II. bet mortis tpaliter trāseuntis. ¶ Ad vndecimū dicendū q̄ beat⁹ augustin⁹ nō loquit ibi de corruptōe substātie. sz de corruptōe seu priuatione oīm accidentiū ad quietē z felicitatē spectantiū. qz sicut in p̄senti vita ipi reprobi voluntarie sunt corrupti q̄z tū ad bonū virtutis et meriti. sic i futura vita inuiti corrūpent z spoliabunt q̄z tū ad bonū felicitatis z p̄mij.

Articulus quart⁹. **Quātū ad quartuz** articulū necesse est quēlibet fidelē xpianū fateri aiaz homīs dānati etiā q̄n est a corpe separata pati ab igne infernali. alias nō possem⁹ salvare euangelicā veritatē. Qz vt ptz Lu. xvi. aia diuitis cruciabat infernalib flāmis. ergo zc. ¶ Istud etiā patet auctoritate beati augustini in lib. de ciui. dei. vbi ait. Adherebūt spirit⁹ incorporei corporeis ignib cruciādi. accipientes ab ignib penā. nō dantes ignib vitā. ¶ Sz vt mod⁹ appareat q̄ ignis agit i spiritū. ideo arguā ꝓtra istā ꝓclusionē. z argumentis rñdendo tangā illū modū ¶ Ex intentōe
Instantia 1 igit hereticoꝝ infernalē penā negantiū pt argui sic. Si ignis agit in spūm. aut h̄ facit virtute corpali: aut spuali. Si corpali. tūc nulla erit ꝓportio inter ignē agentē z aiam patientē qd̄ est inconueniēs. qz ad h̄ q̄ agēs agat z patiens patiat. optet esse ꝓportionē inter ea. Si spūali. tūc accidēs esset nobili⁹ suo subiecto.
2 qz spūale est nobili⁹ corpali ¶ P. omē agens corporeū agit p ꝓtactū. Ista patet p̄mo d̄ generatōe. Sz inter ignē corporeū z spūm ñ pt
3 esse ꝓtact⁹. ḡ zc. ¶ P. solū illa q̄ cōtingant i materia agūt z patiunt ad inuicē. Ista patet per aresto. in multis loc̄ phie. Patet etiā p boetiū in lib. d̄ duab natur. Sz aia separata vl spūs nō habet materiā cōmunē cū igne ¶ P. omē
4 agēs p̄stanti⁹ z nobili⁹ est passo. Ista patet p augustinū. ij. sup gen. z. vi. musice siue. Patet etiā p aresto. ij. de aia. Sz ignis nō est nobilior spū. igit ignis nō pt agere in spūm ¶ Nis z alijs sil'ib sophismatib poterāt aliq̄ phi ac etiā falsi xpiani mouēri q̄ dicebāt nullā sbaz separatā a materia posse pati aliq̄ pena. ¶ Sz
Cōtra hereticā opinionē. istud nō valet. Qz opposita apta nata sunt fieri circa idem. cū igit sba separata sit capax delectationis. igit etiā est capax pene. z p ꝓsequēs
1 nō est impossibile sbam a materia separatā pati aliquā penā. ¶ Nec valet si dare⁹ instātia de deo q̄ sume delectat. vt patz. xij. metha. z tñ nl la pena pt cadere i ipo deo fm q̄ de⁹ est. qz delectatio dei idē est qd̄ essentia dei. z iō hmōi delectatōi nihil est ꝓriū. nulli⁹ autē creature delectatō est idē qd̄ essentia sua. z ideo tali delectationi pena pt esse ꝓria. ¶ P. omē qd̄ cōtingit 2
amare illud q̄ pt p̄uari. z qd̄ ꝓtingit odire illud qd̄ ꝓ volūtatē suā sibi pt ꝓiūgi. h̄ pt penā pati. Sz virtute diuīa spūs a materia separatus pt p̄uari aliq̄ qd̄ amat. z pt ꝓ suā volūtatē cōiungi ei qd̄ odit. ḡ nō ē impossibile talē spūm pati. Maior patet. qz q̄z to res magis amat: tāto ei⁹ p̄uatōe amās magis affligit. z quāto aliq̄d magis odit tāto odiēs magis torquet si ꝓ volūtatē suā sibi ꝓiungit. Minor etiā patet. qz si dat oppositū. tūc de⁹ nō esset omīpotens nec ei⁹ virt⁹ esset infinita. ¶ Et ex h̄ etiā patz Mod⁹ q̄ patiūt spiritus dānatoꝝ.
quō de facto aia a corpe separata vl etiā ipe de mon patiunt. z q̄z tū ad penā dāni z q̄z tuz ad penā sensus. Patiūt em penā dāni ex eo q̄ se p petue p̄uatos cognoscūt eterne felicitatis quiete. z sūmi boni seu vltimi finis delectabilissima fruitione. quā naturaliter omīs creatura intellectualis affectat. Et patiunt penā sensus. ex eo q̄ ꝓ eoꝝ volūtatē flāmis infernalib cōiungūt. q̄s quidē flāmas ꝓtinue apphendūt p modū sūme odibilis z maxīe nociui ¶ Ista tñ ꝓiūctō flāmaꝝ infernalū aliter se habz ad aias z demones q̄ p nūc sūt i inferno. z aliter ad demones q̄ sunt i isto aere p nro exercitio. Nā hi q̄ sūt in inferno ꝓiūcti sunt talib flāmis localit z mētaliter. Sz hi q̄ h̄ sunt nobiscū hmōi flāmis ꝓiungunt ñ localit. qz alias hmōi flāme cōburerēt hūana corpa vexata p demonia. etiā incenderēt aerē circa nos quē inhabitāt hmōi demones. Sz ꝓiungunt mentaliter. Qz sicut boni angeli q̄ mittunt ad nos p nra custodia q̄n sunt apud nos nō sunt in celo localiter. tñ sunt i celo mētaliter. nc carēt celoꝝ gloria z felicitate eterna. sic mali angeli q̄n sunt apud nos sunt in flāmis infernalib mētaliter. qz diuīo iudicio apphensio illarum flāmaꝝ ꝓtinue ipis imprimit. q̄ impssione ipsi affligunt sine intermissione nō min⁹ si de⁹ voluerit q̄z si hmōi flāmis localiter iūgerent. Agit em hmōi ignis in spūm damnatū sicut diuīe volūtatis instrumentū. ideo nō minus pt agere in spūm localit absentē. q̄z in p̄sentē. qz virt⁹ diuīa nō est alligata p̄sentie locali. iō nō min⁹ in absentē q̄z in p̄sentē demonē pt de⁹ mediantib hmōi flāmis imprimere penam

infernalē. Et hꝰ modo ꝑt intelligi illud vulgatū ꝓuerbiū quo dicit q̃ dæmon portat ignē infernalē secū quocūq̃ vadit. ¶ Ad primā instantiā dicendū q̃ illa diuisio est insufficiens qz dabit tertiū mēbꝝ. s. q̃ simꝶ agat ꝓ virtute corporali z virtute spūali. qz q̃ꝫuis ille ignis agat in spūm virtute corpali. hꝰ tñ non facit nisi vt innitit virtuti spūali. puta vt tanq̃ instrumētū diuine iusticie in hmōi actōne dirigit singulariter z mouet a diuīa volūtate ¶ Ad primā partē minoris dicendū q̃ licz virtꝰ corpalis ipiꝰ ignis nō sit ꝓportionata ad hꝰ vt agat in spūm. tñ vt innitit volūtati diuīe tanq̃ instrumentū suo principali motori. sic sufficiētē habet ꝓportionē ad agendū in spūm ¶ Ad ꝓbationē secūde ꝑtis negāda est ꝯsequētia. qz illa virtꝰ spūalis nō est accidēs ignis. nec est subiectiue i ipo igne. cū sit realiter ipa volūtas diuina. ¶ Ad secundū nego minorē. qz licet ignis nō possit tangere spūm vt innitit virtuti ꝓprie. tñ hoc poterit vt est instrumentū virtutis diuine ¶ Etiā dato q̃ nō tangat spūm tactu naturali z materiali. tñ tangit eū tactu īmateriali vt apphendit a spiritu dānato tāq̃ instrumētū executiuū diuīe iusticie ipi spiritui dānato sūme displicibile. ¶ Ad terciuz dicendū q̃ quāuis maior sit vera loquēdo de agentibꝫ naturalibꝫ vt suis ꝓprijs virtutibꝫ innituntur. tñ nō est vera vt a virtute diuina instrumētaliter dirigunt. ¶ Ad quartū dicendū q̃ q̃ꝫuis maior sit aliquo modo ꝓa d agēte principali. tñ nō est vera loquēdo de agēte instrumētali. nō em optet instrumētū eē simpliciter nobilꝰ eo in qd agit. sz sufficit q̃ illd sit nobilꝰ virtute cuiꝰ ipm instrumentū dirigit z mouet in hmōi actōne. ¶ Etiā minorē negāt quidā doctores dicētes q̃ ratōne peccati spūs efficit inferior z ignobilior ignē ¶ Sz ista solutio patit calūniā ex dictis beati augustini q̃. ij. de libero arbitrio ait. q̃ substātia spiritualis q̃tumcūq̃ peccet nobilior est nobilissimo corpe. igit prima solutio videt mihi esse melior z magis ad ꝓpositū. ¶ Ad argumētū ꝓncipale dicēdū q̃ postq̃ cessauerit motus celi. tūc q̃ꝫuis corpꝰ dānatū iudicio diuīe iusticie maneat passibile. nūq̃ tñ corrumpet. vt patet ex dictis i tercio articulo istꝰ q̃stionis i solutōe ꝓme instātie.

Solutio Ad.1.

Ad.2.

Ad.3.

Ad.4.

Ad principale argu.

¶ Distinctio quadragesima q̃nta.

Deterea sciē dū. Postq̃ mgr tractauit de aiaꝝ humanaꝝ ad sua corpa reuniōne. nūc i ista q̃dragesima q̃nta distinctōe insinuat qualē statū habent hūane aie q̃ sunt a suis corpibꝫ separate Et diuīt in duas ꝑtes. Qz ꝓmo tractat d̄ statu aiarū existentiū in purgatorio. Secūdo de statu aiaꝝ existētiū in inferno. dist. xlvi. ibi. Sz q̃rit. Et qz existētes i purgatorio iuuari poterūt ecclie suffragio. ideo duo facit. Nā ꝓmo mgr tractat de suffragijs ecclie militātis. Secūdo de suffragijs ecclie triūphātis. ibi. Sz iterū q̃rit. Prima i duas. Qz ꝓmo ondit qualiter aias separatas q̃tū ad eoꝝ statū z receptacula ꝓtingit variari. Secdo innuit in q̃ statu existētes poterūt suffragijs adiuuari. ibi. Neq̃ negandū est. Et hec diuidit in tres ꝑtes. Qz ꝓmo ondit q̃ sint ille aie q̃ suffragijs adiuuāt Secdo innuit ꝑ q̃ adiuuant. Tercio ostendit q̃tū adiuuāt. Secda ibi. De pōpis ꝓo. Tercia ibi. Solet moueri ¶ Sequit illa ps. Sz iterꝝ q̃rit. Et diuidit i duas partes. Nā ꝓmo ondit quō suffragia ecclie triūphantꝫ psunt aliquibꝫ defunctꝫ. Secdo quō solēt ꝓdesse etiā in hꝰ mūdo viuis. Secda ibi. Sed forte q̃ris ¶ Hec est diuisio z sniā istꝰ distinctōis i generali. circa quā q̃ro in speciali.

Vtrū suffragia viuoꝝ psint aiabꝫ defunctoꝝ ¶ Videt q̃ n. Qz sic se hnt mala ad obesse. sic bona ad ꝓdesse. sz mala viuoꝝ nō possūt nocere vl obesse defunctis. g̃ nec bona viuoꝝ possūt ꝓdesse defunctꝫ. ¶ Cōtra. suffragia viuoꝝ valēt ꝓ absolutione pctōꝝ ipoꝝ defunctoꝝ. g̃ suffragia viuorū psunt aiabꝫ defunctoꝝ. Cōseqntia patet. Sz antecedēs d̄ plano habt. ij. Mach. xij. vbi dicit. Sācta g̃ z salubris est cogitatio ꝑ defunctis exorare vt a peccatꝫ soluant. ¶ Hic primo videndū est vtꝝ aiabꝫ defunctoꝝ cōueniāt aliq̃ corpalia habitacula. ¶ Secdo q̃lia sint ista habitacula. z in quibꝫ mūdi partibꝫ sint situata. ¶ Tercio vtꝝ defunctis ꝓdesse valeāt viuoꝝ suffragia ¶ Et q̃rto vtꝝ sancti cognoscāt nr̄as p̄ces seu rogamina.

Quantū ad primū negare nō possumꝰ aias defunctoꝝ ad aliq̃ loca corpalia destinari. Nam Luc. xvi. dicit. q̃ mortuꝰ est diues z sepultꝰ est in inferno. Et ibidē dicit. q̃ lazarꝰ mortuꝰ ductꝰ est ab angelis in sinū abrae. ¶ Pro sufficiētia aūt hmōi locoꝝ est aduertendū. q̃ post mortē hoīm aie eoꝝ īmediate destinant. vel ad locū glorie. vl

Articulus primus

Nota.

ad locū pene. Si ad locū glorie. sic locꝰ aiaꝝ dicit celū empireū. Et iste locꝰ subdiuidit in nouē portōnes ꝓm nouē angelorꝝ ordines. in quibꝫ collocātur aie beatorꝝ iuxta varietatē gradūm suorꝝ meritorꝝ. vt apparet ex his q̄ dixi libro. ij. dist. ix. arti. ij. Si autē ad locū pene. hꝫ cōtingit dupliciter. qz vl'in hmōi locis est pena sensus z pena dāni siml'. vel pena dāni tm̄. Et q̄libet istarꝝ prīū adhuc subdiuidit p tpale z eternū. Et ꝓm hoc quattuor possūt distingui loca penarꝝ ipsarꝝ aiarū. ¶ Quorꝝ primꝰ est infernus ꝓprie dictus. qui est locus perpetue damnatorum. qui tam pena sensus q̄z pena damni ꝓpetue punient. Et ad hūc locum nullꝰ descēdit nisi q̄ cū mortali peccato in hac vita ꝓsonaliter ꝓpetrato sine vera pnia ab hac vita decedit. ¶ Alius locꝰ penarꝝ est locꝰ purgatorꝰ. in quo siml'est pena sensus z dāni. vtraq̄z tamē tpalis. Et ad hūc locū descendūt anime illorꝝ qui in peccato veniali ab hac vita decedūt. vel qui de suis peccatis etiā mortalibꝫ vere cōtriti nō tamē satisfecerūt. ¶ Tercius locus est limbꝰ parvulorū in solo originali peccato decedentiū. quibꝫ nulla pena sensus debetur. eo q̄ nullū cōmiserūt peccatū actuale. debet tamē eis ꝓpetua pena dāni. q̄ est carentia diuine visionis z beate fruitōnis. eo q̄ ꝓpetue peccato originali maneāt maculati. ¶ Quartus locꝰ dicit limbꝰ patrū. Ad quē locū sācti patres descenderūt anteq̄z xps virtute sue passionis ianuā regni celestis aperuit. In q̄ loco erat pena dāni tantū. z eadē tpalis. qz ad hūc locū xps post passionē suā descēdit. z sanctos patres cū ceteris fidelibꝫ ibidē existentibꝫ inde liberauit. ¶ Dic locꝰ alio nomīe dicit sinus abrae. qz abraam dicit pater fidei. eo q̄ ipe primus vnū verū deū adorauit. z ipm adorādū signaculo circūcisionis assumpto omnibꝫ suis posteris insinuauerit. Et qz ad hūc locū solū fideles z p̄destinati colligebāt. ideo hmōi locus sinꝰ abrae est appellatꝰ. ¶ Qz postq̄z xps ianuas celi aperuit. tūc sinꝰ abrae dicit locꝰ glie scilicet ipm celū empireū. in q̄ omnes purgati fideles quasi in loco quietis z trāquillitatis securissime stationis ꝓpetue letabunt. Et dicit sinꝰ trāssumptiue a maris tranquillitate. Qz ꝓm papiā. sinꝰ multipliciter dicit Et vno modo significat portū maris in q̄ naues trāquilla securitate locant. ¶ Et isto modo accipiēdo sinū abrae oramꝰ in exequijs defunctorū. vt aie eorꝝ p manꝰ sanctorꝝ angelorꝝ in sinum abrae deducant. ¶ Et ex his patet q̄ q̄nq̄z fuerūt q̄ttuor loca penarū ipārꝝ aiarꝝ post hanc vitā. s. infernꝰ: locꝰ purgatoriꝰ: limbꝰ puerorꝝ: z sinꝰ abrae. put accipiebat ꝓ libro patrꝝ. In q̄ rū primo fuit pena ꝓpetua tā sensus q̄z dāni. In secūdo pena tpalis tā sensus q̄z dāni. In tercio pena dāni ꝓpetua. Et in q̄rto pena dāni tpalis. ¶ Et qz hunc quartū locū xps destruxit quādo ad inferna descēdit. z suos fideles liberauit. ideo adhuc restāt tria. s. infernꝰ locꝰ purgatoriꝰ: z parvulorꝝ limbꝰ. Post extremū vero iudiciū nō erit vlteriꝰ locꝰ purgatoriꝰ. qz ꝓ tūc cessabit oīs pena tpalis. Ideo vltimate solū manebit infernꝰ ꝓprie dictꝰ. et parvulorꝝ limbꝰ. In q̄ quidē limbꝰ dicit esse pena mitissima. qz illorꝝ parvulorꝝ pena est sine afflictōe. eo q̄ sit sine remorsu cōsciētie. Vident enim q̄ nunq̄z fuerūt habiles ad cōsequēdā gloriā diuine visionis z eterne fruitōnis. z ideo sicut prudēs homo nō dolet nec habet in se remorsū cōsciētie de hoc q̄ nō ꝓt volare. qz videt q̄ ad hoc nō est habilis: nec vnq̄z fuit habilis. Sic in ꝓposito z c. ¶ Totaliter autē ꝓ oppositū est de dānatis in inferno. qz ipi cōsiderāt q̄ potuerūt cōsequi illā eternā iocūditatē si voluissent. Videt etiā q̄ ꝓpter peccata ab ipis voluntarie z ꝓsonaliter ꝓpetrata. ipsi priuati sunt tali beatitudine. ideo pena dāni est in eis maxime afflictiua. qz maximū facit remorsū ꝓscientie. Et ideo hmōi pena dāni q̄ ad eos appellat vermis ꝓscientie. de q̄ verme dicit Isa. vlti. Vermis eorꝝ nō morietur. ¶ Porte dicet q̄ post hanc vitā animā a corpe separatam recipi in loco corpali sit cōtra intentōez beati augustini. qui. xij. sup Gen. ait. Ad corporalia loca animā nō ferri nisi cū aliquo corpore. ¶ P. omne qd̄ habet locū corporalē hoc magis cōuenit cū illo loco qui sibi ratōnabiliter deputat: q̄z cū alio loco. sz spūs nō habet maiorē cōuenientiā cū vno loco q̄z cū alio. ergo z c. ¶ Ad primū dicendū q̄ quāuis ferri ad locū circūscriptiue nō cōueniat aie separate nec alicui spiritui. tamē ferri ad locū z esse i loco diffinitiue hꝫ ꝓuenit cuilibet creato spiritui z p ꝓsequēs etiā cōuenit ipi aie separate. vt probatur libro ꝓmo. dist. xxxvij. arti. ij. ¶ Ad secundū dicendū q̄ spūs dupliciter pt ꝓsiderari. Uno mō ꝓm substantiā suā. Alio mō ꝓm statū z opatōez quā exercet vl'q̄ circa ipm exercet. Modo licet minor sit ꝓa ꝓsiderādo spiritū ꝓm sbam suā. tm̄ q̄z tū ad statū z opationē nō est ꝓa. qz ꝓgruit spūm bonū q̄z tū ad statū suū diffiniri z determinari ad locū gloriosiuz. z ecōtra spūz malū ꝓgruit esse i loco vilissimo vt ex hꝫ maiꝰ supplicii patiat.

Infernus

Purgatorium.

Limbꝰ puerorꝝ.

Limbꝰ patrum.

Instantia 1

2

Solutio. Ad. 1.

Ad. 2.

Articulus secundus.

Quantũ ad secũdũ

articulũ de situ ⁊ q̃litate celi empirei qd̃ est locus glie nihil dicã ad p̃sens. qz d̃ his dixi lib. ij. dist. ij. q. ij. arti. i. ¶ Restat igit solũ dicendũ d̃ situ ⁊ q̃litate locoꝝ ipi⁹ pene. ¶ Circa q̃ est sciẽdũ ꝙ fm cõmuniorẽ opinionẽ infer⁹ habet esse i medio ipi⁹ terre. Qz rõnabile esse videt ꝙ imũdis ⁊ vilib⁹ pctõrib⁹ p carcere p petuo correspõdeat loc⁹ vilissim⁹. talis aũt est i medio terre vbi tanq̃ ad sentinã feces tot⁹ mũdi conant descẽdere. ¶ P. sic videm⁹ in reb⁹ corpalib⁹. ꝙ leuia tendũt sursũ ⁊ g̃uia deorsũ. nisi ipediant. sic eodẽ mõ i spũalib⁹. Sz leuitas spũalis maxie ꝛsistit i feruida charitate. ⁊ ecõtra g̃uitas i mortal' pcti malignitate. g̃ sic descẽdẽtes i feruida charitate tendunt ad locũ summũ. ad celũ. s. empireũ. sic descẽdẽtes i mortalis pcti deformitate tendũt ad locũ infimũ. q̃ est ipi⁹ terre mediũ. ¶ Dixi aũt notãter i maiori nisi impediant. qz ante xpi passionẽ pciũ redẽptõis hũane nõdũ fuit solutũ. iõ sctõꝝ patꝝ aie q̃ruis essent informate feruida charitate. tñ ab hmõi ascẽsu impediebant. ⁊ i sinu abrae detinebant mõ q̃ dictũ est i articulo pcedẽti. ¶ Etiã hi quoꝝ charitas nõ ẽ ita feruida ꝙ i hac vita expurget aiaz ab omni etiam veniali culpa ⁊ satisfaciat de emẽda p culpis omnib⁹ faciẽda. hi inquã retardant i purgatorio donec coꝝ aie pfecti⁹ expurgent. ¶ P. p ista ꝛclusione videt esse glosa ione. ij. c. sup illo ps. pieciſti me in corde maris. ibi em dicit glosa sic. Sic cor est i medio aialis. sic ifernus i medio terre esse phibet. ¶ Dicit etiã beatus gregoriꝰ in lib. dyal'. Quid obstet nõ video vt infern⁹ sb terra esse credat. ¶ Item Isa. xiiij. dicit. Infern⁹ subt⁹ te est. Et ibi dic glosa. ꝙ infernus est sb terra. ¶ Precellẽs q̃litas isti⁹ loci est calor feruẽtissim⁹. nõ pcedens ab igne simulato ⁊ imaginario. sic q̃dã dixerũt. sz pcedẽs ab igne ꝛo ⁊ corpali. Qz sic ait augustin⁹. gehẽna ista q̃ stagnũ ignis ⁊ sulphuris dicta est. corpore ẽ ignis. Et greg. in lib. dyal'. ait. Ignẽ gehẽne corporeũ esse ñ ambigo. ¶ Iste tñ flãme nõ lucent. qz totaliter fumo sulphureo sunt obtenebrate ⁊ denigrate. Propt qd̃ fm Isid. in lib. ethi. infernus dicit q̃si int⁹ furn⁹. i. niger. nã furn⁹ idẽ ẽ qd̃ niger. ¶ Alias mltas q̃litates valde lesiuas habet iste loc⁹. q̃ꝝ recitatõez causa breuitatis omitto.

Cõclusio prima.

1

2

3

